# Anhang
# unterschiedener Urkunden
zur
Erläuterung
der
# Churmärckischen Geschichte
## der mittlern Zeit,
oder
des zweyten Theils. Ersten Buchs,
der Herrschaft des Hauses Anhalt.

# Urkunden
## zur Geschichte Marckgraf Albrecht I.

### I.

### M. Albrecht, der Bär, giebt der Kirche S. Martini zu Hohen-Köthen einige Aecker wieder, die davon gekommen. 1160.

Albertus D. G. *Brandenburgensium Marchio.* Noverit fidelium Christi, tam futurorum, quam præsentium industria, quoniam ego *Albertus Brand. March.* ecclesiæ B. Martini in *Hohencotene* unum mansum in eadem villa, cui tria desunt jugera, & duos in *Zdrum*, diu inde subtractor, quodam fideli ejus loci presbytero, nomine Hoicone

Aus der Süßmilchschen Urkunden-Samlung.



sug-

ſuggerente, pro remedio animæ meæ reſtitui. &c. &c. &c. Reſtitutionis vero trium manſorum in Hohencotene ſicut prædictum eſt, teſtes ſunt hi: *Burchard* de *Valckenſtein*, *Badericus Caſtellanus* de *Brandenburg*, Volrat de *Hohendorp*, *Marod* de *Muſithin*, Bezo de *Aepiz*, Godeſchalcus & Fridericus de *Turowe*, Ervo *Auswart*, Gerhard de *Cotano*, & c. q. pl. tam liberi quam miniſteriales. An. ab Incarn. Dom. MCLX.

## 2.

## Stiftung der Comthurey Werben in der Altmarck. 1160.

Aus der Süßmilchischen u. Gundlingischen Sammlung.

Noverit tam præſentium, quam futurorum Chriſti fidelium univerſitas, quod ego *Adelbertus* D.G. Marchio Brandenburgenſis, ob meæ videlicet, & uxoris *Sophiæ*, liberorumque meorum, nec non prædeceſſorum poſterorumque meorum ſalutis recordationem, conſenſu legitimorum hæredum meorum, *Ottonis Marchionis*, *Hermanni Comitis*, *Henrici* Canonici eccleſiæ B. Mauritii Magdeburgenſis, *Adelberti*, *Theodorici* & *Bernhardi*, *Comitum*, obtuli Deo *Sanctoque Johanni Baptiſtæ* ad *Xenodochium* in *Jeruſolymis*, de hæreditate mea *eccleſiam* quandam in villa *Werbene* ſuper ripam Albis fluminis, cum omnibus attinentiis & uſibus ſuis, absque decima, itemque ſex manſos *Hollandrienſis* dimenſionis in villa - - - continuis quicquid exinde utilitatis nunc & in poſterum provenire potuerit, libere pauperibus in memorato Xenodochio commorantibus annuatim adminiſtretur. Ut autem hæc noſtra largitio rata & inconcuſſa permaneat, facti hujus memoriam præſenti ſcripto aſſignari, & ſigilli noſtri impreſſione placuit confirmari. Actum. A. J. D. MCLX. Epacta XI concurrente V. indictione VIII. regnante Friderico Roman. Imperatore ſemper Auguſto, & *Odelrico* venerabili Epiſcopo *Halberſtadenſi* eccleſiæ præſidente feliciter. Amen. Teſtes autem hujus rei fuere *Walo* Havelberg. Epiſc. *Arnoldus*, Abbas eccleſ. S. Johannis Bapt. in Magdeb. *Hazetio*, Decanus majoris eccleſiæ, *Wernerus* C. de Veltheim, *Conradus* de *Soltwedell*, *Burchardus Urbanus Comes* in civitate Magdeburg, *Burchardus* C. de *Valckenſtein*, *Walterus* de *Arneſten*, *Badericus Comes*.

3.

## B. Wilmars zu Brandenburg Urkunde, die Einrichtung seines Capituls betreffend. 1161.

Ego *Wilmarus* D. G. Brandenb. ecclesiæ Epis. Æternæ mercedis intuitu divino dans operam ministerio, in urbe cathedrali scilicet Brandenburg, consilio *Wigmanni*, honorabilis Magdeb. Archiepiscopi, & suæ majoris ecclesiæ Capituli, generalis quoque suæ Synodi, nec non & consilio totius Brandenburgensis ecclesiæ, honorem Dei innovare, & exaltare decrevi. Urbs enim prænominata fere usque ad nostra tempora a paganis obsessa, & idolorum cultu inusta fuit. At Deo adjuvante & magno Christianorum labore cooperante, cum multa sangvinis effusione nobilium, nec non & aliorum, ad possessionem Christianorum rediit. Quocirca ampliorem illic innovandæ religioni operam dedi. Juxta ergo præfatum consilium in urbe sc. *Brandenburg*, *Canonicos secundum regulam* S. *Augustini*, sub norma *Præmonstratensis Ordinis*, degentes, *Præpositum* ejusdem ordinis eis præcifiens, instituì, & eis præbendas de bonis ecclesiæ, juxta prædictum consilium contradidi. Dedi enim eis in publica Synodo Magdeburgensi, & coram ecclesia Brandenburgensi confirmavi villas, quarum nomina sunt hæc: *Buckowe*, cum decimis & omnibus appendiciis, *Garzeliz*, *Bultiz* cum decimis & omnibus appendiciis, *Muceltitz*, *Gorne*, cum decimis & omnibus appendiciis. Præterea duos lacus, qui sunt juxta latus Borgwardi *Pritzerewi*, versus castrum Brandenburg, in usus fratrum perpetua stabilitate dedi. Præterea *Archidiaconatum* Episcopatus prædicto consilio divisi. Siquidem *Wigerus* Eps. noster prædecessor Archipresbyteratum in toto presbyteratu, sede cathedrali Brandenb. nondum suos habente canonicos ob paganorum importunitatem, illum inquam Ppto. *Lamberto* de *Liezke* commiserat. At nos, dispensatione & consilio *Wigmanni*, Aepi: Magdeb. & multorum religiosorum, nec non & Principum & Nobilium multorum illic præsentium, Archidiaconatum Episcopatus dividentes, *Wigberto* Brandenb. ecclesiæ Ppto, suisque Successoribus illum de Havela usque Oderam, rursum de Havela versus Occidentem, usque aquam, quæ Hyla dicitur, confirmamus. Præterea de Burgwardis *Schartowe*, *Mukerne*, *Louburg*, excepta ecclesia *Dalechowe;* præterea de *Bukowe*, *Gorceke*, *Redizke*, *Wisenburg*, *Beltitz*, *Mordiz*, *Niemecke*, *Juterbuc*, perpetua stabilitate concedimus.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

dimus. Hæc omnia ſapientum conſilio diſpenſata, & a nobis facta, villas quoque & manſos Brandenburgenſis eccleſiæ a Principibus datos vel dandos, Villas inquam *Tura*, *Tremene*, *Mukzowe*, præterea omne jus Canonicum, quod eccleſia cathedralis Brandenburg. juſte debet habere, & ut prædictus Ordo Præmonſtratenſis in ea ſemper perſeveret, autoritate B. Petri & noſtra confirmamus. Quod ſi quis hoc factum violare præſumſerit, anathematis vinculo, donec reſipiſcat, ſemper reſtrictus maneat. Actum Magdeburg. A. J. D. MCLXI. indict. IX. Hujus rei teſtes ſunt *Arnoldus*, Abb. de *Nienburg*, *Hazeko* Decanus majoris eccleſ. Magdeb. & tota Magdeb. eccl. *Balderamus* Pptus. B. Mariæ Magdeb. *Reinerus* Pptus in Litzke, cum fratribus ſuis qui illic præſentes aderant, *Conradus* Pptus de *Hallo*, *Ekehardus* Pptus de *Monteſereno*. *Albertus* Marchio, *Otto* & *Albertus*, filii ejus, *Otto* & *Theodoricus* Marchiones, *Henricus* & *Dedo* Comites, filii Marchionis *Conradi*, *Burchardus* Caſtellanus de Magdeb. *Burchardus*, Comes de Valkenſtein, *Badericus* Comes, Miniſteriales Magdeb. eccleſ. *Richardus*, *Gernoth*, *Conradus*, e. a. q. pl.

## 4.

### B. Hermanns zu Verden Urkunde, von der Stifftung des Klosters Viſtorff. 1161.

Aus der Süßmilch- und Gundlingiſchen Sammlung.

J. N. S. E. J. T. *Hermannus* divina ordinante miſericordia *Verdenſis* eccl. Epiſcopus. Noverit omnium fidelium Chriſti, tam præſentis, quam futuri temporis induſtria, quod *Hermannus*, Comes, *Udalrici Comitis* de *Wertbeke* filius, pro remedio animæ ſuæ ſuorumque parentum, in fundo terræ ſuæ, quae nunc *Inſula S. Mariæ* vocatur, libere Deo & B. Mariæ obtulit - - & ibi *Canonicos*, & *incluſas moniales* ſub regula Auguſtini Deo & B. Mariæ ſervire inſtituit, quo quondam venerabilis frater, *Yſo*, adveniens, ut æternam ſui nominis memoriam apud Deum conderet, in eodem Dei agro nocte ac die laboravit; & proprio labo fideliumque oblatione adjutus hanc eccleſiam Deo cooperante conſummavit; prædictus quoque Comes ſeptem manſos hæreditatis ſuæ, conceſſione hæredum ſuorum, eidem eccleſiæ libere contradidit ea ratione, ut ipſe, ſuusque filius, vel ſi filii defuerint, quicunque ſenior in cognatione eſſet, defenſor & advocatus ejusdem eccleſiæ diceretur & eſſet. Nos vero ejusdem Comitis, & prædicti fratris petitionibus acquieſcentes,

escentes, eandem ecclesiam in honorem S. *Crucis*, & B. Mariæ IV. Id. Decembr. consecravimus, & ut auditoribus divini officii non careret, villam *Disthorp*, pro recompensatione unius mansi matri ecclesiæ dare, & octo villas, videlicet *Bergmere*, *Abbandorp*, *Verenthorp*, *Pychenusen*, *Ellenberke*, *Wadencoten*, *Budenstede*, quarum incolæ adhuc *Slavi* erant, eidem ecclesiæ contradidimus, ipsos etiam Canonicos ibidem servientes permissione fundatoris liberam electionem in substituendo *prælato* habere decernimus, & ut nulla persona spiritualis sive secularis super easdem Deo ibi servientes, nisi solus spiritualis Pater eorum potestatem sibi, & prælationem sibi usurpet, firmiter præcipimus. Et ut hæc nostræ autoritatis donatio stabilis permaneat, banno confirmamus, & Sigillo corroboramus. Data A. J. D. MCLXI. Ind. VIII. epact. XXII. concurrente VI. Ao. Hermanni Ep. XIII. regnante Friderico Rom. Imp.

## 5.

## M. Albrecht I. Schenckung an das Kloster Neuwerck vor Halle. 1162.

In nomini Domini & Salvatoris nostri. *Adelbertus Brandenburgensis Marchio.* Servorum Dei usibus temporalia nostra communicamus, & æterna præmia consequi eorum intercessione speramus. Unde notum sit omnibus, tam præsentis quam futuri temporis Christi fidelibus, quod ob remedium animæ meæ, & *defunctæ conjugis* meæ *Sophiæ*, ac filiorum meorum consensu, *litus Sole* fluminis, ex adversa parte villæ, quæ *Oberwisse* dicitur, molendino construendo, necessarium, Deo & B. Genitricis ejus Mariæ, & fratribus *Hallo*, eidem sanctissimæ Virgini servientibus, perpetua stabilitate contradidi, ac Dominum meum Magdeburgensem Archiepiscopum *Wigmannum*, ut sua eis hoc autoritate firmaret, rogavi. Ne quid etiam firmitatis & parte nostri eis deesset, præsentem paginam conscribi, & sigilli mei impressione roborari feci. Actum Magdeburg, in plena Synodo habita, in quinta feria cœnæ Domini, quæ tunc occurit XII. Kal. Aprilis, A. D. J. MCLXII. Indict. X. imperante glorioso Rom. Imperatore Augusto Friderico. Hujus oblationis nostræ & confirmationis hi testes affuerunt: *Arnoldus* Abbas de *Monte*, *Lambertus* Abb. de *Balenstede*, *Otto* Majoris eccles. Pptus, *Sifridus* Pptus, & Decanus *Witholdus*, Pptus *Rupertus*, Vice Dominus *Burchardus* & *Ludovicus*, Canonici, *Balderamus*

Aus der Gundlingischen Sammlung.

*deramus* Pptus B. Mar. eccleſ. *Guntherus* Pptus in *Gratia Dei*, *Eggehardus* Pptus in *Monte Sereno*, *Fridericus* de *Kokelinge*, Otto de *Kructorff*, *Theodoricus* de *Thangermunde*, & frater ejus Rudolphus, *Sifridus* de *Eckſtede*, Arnoldus de *Grudene*, Rudolphus de *Rogeleve*, *Richardus* & *Herwich* de *Alsleve*, miniſteriales mei, Wernerus, Hermannus, Henricus, Otto, & Herwicus capellani mei.

## 6.

## M. Albrecht beſtätigt das vorherige in Beyſeyn ſeiner Söhne, beſonders Gr. Bernhards, 1163.

Aus eben der Sammlung.

J.N.D.E.S.N. *Adelbertus* Brand. Marchio. Ob remedium animae meæ, & *defunctæ* conjugis meæ *Sophiæ*, ac filiorum meorum conſenſu, *litus Sale* fluminis ex adverſa parte villæ, quae dicitur *Oberwiſſe*, molendino conſtruendo Conventui Deo & B. Mariæ genitricis ejus, & fratribus *Hallo* eidem ſanctiſſimæ Virgini ſervientibus perpetua ſtabilitate contradidi, ac Dominum meum *Wigmannum*, Magdeburgenſem Archiepiſcopum, ut ſua autoritate firmaret, rogavi, Magdeburg in plena ſynodo habita in quinta feria cœne Domini, quæ tunc occurrit XII. Kal. Aprilis. Ao. D. J. MCLXIII. *Bernhardo* filio meo de *Franciis reverſo*, cui *litus illud ſingulariter* attinebat, ne quid cauſæ firmitatis deeſſet, X. Kal. Maji *Hallo* in *eccleſia*, quæ *novum opus* dicitur, oblationis noſtræ devotionem ſuper ipſum altàre ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ tam ego, quam *Bernhardus* & *Adelbertus*, Comites, filii mei conſignavimus, & paginam hanc conſcribi, reſignari, & Teſtes, qui affuerunt annotari fecimus, quorum nomina ſunt: *Otto* majoris eccleſ. Magdeb. Præpoſitus, *Erneſtus* Nuenburgenſis Pptus, Hartwicus Marchionis Capellanus, *Theodoricus Marchio*, *Burchardus* Magdeb. *Burggravius*, & ejusdem eccleſiae Advocatus, *Burchardus* de *Valckenſtein*, *Conradus* de *Gibichenſtein*, *Godeſchalcus* de *Schuditz*, Tidricus, Adelbertus de *Croſigk*, & frater ejus *Dedo*, Herdolffus de *Seburg*, Moraldus Theodoricus de Gotnitz, *Otto* filius Rudolffi de *Tribul*, filii *Geronis* de *Gummere*, Miniſteriales, *Wernerus* de *Drothe*, Henricus & frater ejus Ericus de Kotine, Volckmarus, Hermannus e. c.

## 7.

## M. Otto I. Urkunde wegen Damme, das an das Stifft Brandenburg gekommen 1164.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

Quoniam juſtum eſt nobis, qui divitias hujus mundi accepimus, eleemoſynarum largitate amicos in Deo facere, ut cum res

mundi

mundi deficiant, nos in æterna tabernacula recipiant; Ego *Otto* D. G. *Brandenb. Marchio* villam *Damma* à *Rudolpho* de *Ihericho* fideli nostro, zelo Dei resignatam, siquidem illam in beneficium tenuit, illam inquam *Wiperto*, Brandenburgensis ecclesiæ Proposito, & suis fratribus, eorumque omnibus successoribus, *Wilmaro* Brandenburg. Episcopo decimas simul dante, perpetua stabilitate in usus necessarios, cum omnibus appendiciis contradidi, & hanc nostram donationem ad posteritatis memoriam per præsentem paginam, sigilli nostri impressione signatam, confirmavi. Et ut hoc factum inconvulsum permaneat, majestatis imperialis consensu & autoritate feci, sicut monstrat pagina privilegii Brandenburgensi ecclesiæ ab honorabili Domino nostro Friderico Rom. Imperatore dati, & sigillo imperiali confirmati. Et ne ulla persona hoc factum nunc vel in posterum temere immutare præsumat, illud a Brandenburgensis ecclesiæ præfato Episcopo *Wilmaro* sub anathematis sententia coram ecclesia confirmatum omnis posteritas cognoscat. Hujus donationis & confirmationis testes sunt, Comes *Adelbertus*, & Comes *Bernhardus* filii Marchionis *Adelberti*, *Badericus* Castellanus de *Brandenburg*. *Sifridus* Castellanus de *Arneburg*, *Germarus* de *Gummere*, *Bernhardus Falco*, facta & data est hæc pagina A. D. J. MCLXIIII. Indict. XII. IV. Non. Jun.

## 8.

### K. Friedrichs I. Urkunde, daß die Fürsten des Reichs, und unter andern M. Albrecht, den Eid abgeleget, Pabst Paschalen allein zu erkennen, und Rolanden, oder Alexandern III. zu verwerffen. 1165.

Fridericus D. G. Romanorum Imperator, & semper Augustus, omnibus populis, quos clementiæ nostræ tegit imperium. Jam dudum innotuisse vidimus, qualiter exorta quondam inter Ecclesiæ Romanæ Cardinales de Apostolatu discordia inter Reges & regna impetu pestifero est diffusa; pro qua ad optabile bonum pacis revocanda quantos, post beatæ memoriæ Papæ Victoris electionem ac confirmationem catholicam, Papiae, Mediolani, Laudæ, atque in diversis Imperii finibus, in corpore nostro labores tam nos, quam invicti Principes nostri pertulerimus, quantas rerum copias zelo justitiæ impenderimus, in extremis mundi partibus quoque jam auditum non dubitamus. Denique Beatissimo Papa *Victore* in paradisi gaudia feliciter assumto, & in ejus locum ab Episcopis

Aus der Gundlingischen Sammlung.

& Cardinalibus almæ ſedis Apoſtolicæ Domino *Paſchali*, viro Chriſtianiſſimo, in præſentia Epiſcoporum & religioſorum Lombardiæ & Thuſciæ, illuſtris quoque Urbis Romæ Præfecti, ac multorum nobilium Romanorum, catholice ſubſtituto, ipſum etiam Dominum *Paſchalem*, & Eccleſiæ, & Principum Imperii judicio & conſilio in *Papam* & Patrem catholicum ſolenniter recepimus, debitoque honore venerari ſemper intendimus. Proinde obſtinata Schismaticorum perfidia mortem viri juſti ſuis ſucceſſibus aperta fronte adſcribens, ſirenæis ſuis blanditiis quorundam fidelium noſtrorum animos adeo molita eſt denuo immutare, ut, niſi morbis novis nova remedia objicerentur, pars noſtrorum non modica videretur ex fiducia noſtræ lenitatis ſeducenda. Igitur zelo reformandi decoras domus Dei ardentius acceſſi, cum Regem Francorum, qui nulla noſtra culpa præeunte, una cum *Rolando*, imperii noſtri hoſte publico, ejusque ſequentibus, Imperialem noſtrum honorem manifeſte molitur auferre, poſt multos noſtros admonitus irrevocabilem perſenſiſſemus, univerſis Imperii Principibus in *ſancta Pentecoſte curiam Wurtzburg generalem* indiximus. Quorum cœtu celeberrimo ibidem ſolenniter præſidente eccleſiæ Dei ſtatum, ac Dom. *Paſchalis* Papæ negotium ſerio ac magnifice duximus roborandum. Invocata igitur Spiritus S. gratia, & univerſorum qui aderant conſilio communicato, ad removendam pro parte noſtra omnem ambiguitatem, prorſus ipſi nos manu propria ſuper ſanctorum reliquias juramentum publice præſtitimus, quod *Rolandum* ſchismaticum, vel ejus ſucceſſorem, quem pars ipſius elegerit, in Papam nunquam recipiemus, nec ad eum recipiendum aſſenſum noſtrum præbebimus. Nulli etiam fautorum ejus gratiam unquam noſtram reddemus, niſi ab errore viæ ſuæ ad unitatem eccleſiæ converſo. Dom. vero Papam *Paſchalem* manu tenebimus ſemper, & promovebimus, eique tanquam Patri catholico, & univerſali Pontifici obedientiam honorem & reverentiam exhibebimus, & ab ipſo, ipſiusque parte, vita comite, nunquam recedemus. *Electos* quoque, qui ſub eo, aut ejus ſucceſſore, quem pars ipſius elegerit, conſecrationem receperunt, & adhuc recipiunt, honore aut ordinibus ſuis per ejus obedientiam privari nunquam permittemus, & hujus abſolutionem ſacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus. Præterea *noſter* in *Imperio Succeſſor*, quem *Principes univerſi elegerint*, hunc honorem eccleſiæ Dei & Imperii, & hanc partem noſtram, ſub eodem juramento

tuebi

tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque juramentum & *Archiepiscopi*, & *omnes Episcopi* & *Electi*, qui interfuerunt, *numero quadraginta* super sancta Dei Evangelia propria manu, unusquisque *sub stola sua* præstiterunt, & publice firmarunt. Nihilo minus *universi Principes seculares*, *Dux* videlicet *Saxoniæ*, & *Brandenburgensis Marchio Albertus senior*, *Conradus Palatinus de Rheno*, & *Ludovicus Landgravius*, & *reliqui omnes* super Sanctorum reliquias id ipsum juraverunt. Repente autem Spiritus *S.* mentes omnium adeo unius effecit voluntatis, quod *Electi* omnes in *Sabbatho quatuor temporum* ad laudem Dei, & honorem Imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis, & universis decretum est, ut quicunque supersunt ordinandi, in primis *quatuor temporibus* similiter exequantur, alioquin dignitatis, ad quam electi sunt, honore, omni remota dilatione priventur. Ad hæc honorabiles *Legati gloriosi Anglorum Regis* ad nos ab ipso transmissi, in totius Curiæ nostre præsentia, super sanctorum reliquias, ex *parte Regis Angliæ* publice juraverunt nobis, quod Rex ipse, cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, Dom. *Paschalem*, quem nos tenemus, nobis cum semper tenebit. De *Rolando* autem schismatico manutenendo nullatenus se de cetero intromittet. Quia vero justitiæ examen quidam matris ecclesiæ Dei, & nostri, sive ex superbia, sive ex causæ diffidentia, devitarunt, nos semper hactenus stare parati, nunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsi. A schismaticorum communione omnis homo, omnisque ordo caveat; mora eorum, etsi hactenus aliquo modo visa est venialis, imposterum prorsus erit irremissibilis. Ad perfectum quoque hujus negotii firmamentum ex totius Herbipolensis concilii decreto firmissime præcepimus, ut si quis ad sui mandatum Antistitis sacramentum supra scriptum non præstiterit, si Clericus sit, aut Monachus, ecclesiastico privetur honore, ac beneficiis, si Laicus, allodia ac beneficia, quæcunque possidet, nostra ipsi autorita te a suo judice vel domino prorsus adimantur. Data *Wurtzburg* Kalend. Julii.

## 9.

## B. Wilmars zu Brandenburg Urkunde von Versetzung des Doms nach Burg Brandenburg. 1166.

I.N.S.E.J.T. Notum facimuus universitati fidelium, tam præsentium, quam futurorum, quod ego *Wilmarus*, Brand. eccl. Episc. Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Sie stehet auch in der Gundlingischen Sammlung, jedoch unter der Jahrzahl 1176. welches unrecht.

*Canonicos ordinis Præmonstratensis*, quos olim piæ memoriæ ejusdem ecclesiæ Episcopus *Wigerus*, ante castrum Brandenburg in ecclesia *B. Gotthardi* scilicet in parochia ejusdem villæ, quæ dicitur *Parduin* collocaverat, ego inquam, consilio & auxilio *Wigmanni* venerabilis S. Magdeb. eccl. Archiepiscopi, & *Brandenburgensis Marchionis Adelberti*, & *Marchionis Ottonis* filii ejus, illos in *ipsum castrum Brandenburg* in sedem Pontificalem, quam piæ memoriæ *Otto Imperator* fundavit, *transposui*, & perpetua stabilitate autoritate Patris & Filii & Spiritus S. & B. Petri Apostolorum Principis, cujus idem Episcopatus est, & nostra, ex Deo collocavi, concedens & omni modis stabiliens, ut omne jus tam in Archidiaconatu, & electione Pontificis, quam in aliis, quæ cathedrales Canonici habere debent, habeant, & ibi in perpetuum obtineant. Ipsam ego ecclesiam *B. Godehardi*, a qua migraverunt, quam perpetua stabilitate cum parochia præfatæ villæ *Parduin* a piæ memoriæ Ep. *Wigero* receperant, ipsam inquam, & si quæ aliæ ecclesiæ in eadem villa fuerint in posterum ædificatæ, omnes illas cum parochia totius præfatæ villæ, nec non in ecclesiam *B. Mariæ* in monte, qui dicitur *Horlungberg*, *Ottone Marchione* sic volente, & sui juris donum in perpetuum concedente, præfatis Canonicis in perpetuum B. Petri Apostoli autoritate & nostra confirmamus. Ut hujus ergo confirmationis scriptum remota omni ambiguitate & contradictione ratum permaneat, illud *ego*, & *Marchio Otto* sigillorum nostrorum impressione communivimus. Si qua ergo persona Clericalis aut Laicalis hoc factum irrumpere præsumserit, sit anathema maranatha. Hujus testes sunt *Wigmannus* S. Magd. eccles Archiepiscopus. *Walo* Havelb. eccl. Ep. *Evermodus* Raceb. eccl. Ep. *Wibertus*, ejusdem loci Propositus. *Reinerus* Propositus in Lizeke, nec non & tota ejusdem ecclesiæ Synodus. Act. A.D. J. 1166. Ind. VII. concurr. II. Epact. VI. feliciter. Amen.

## 10.

## M. Albrecht I. Urkunde, über den Tausch, den das Kloster Ballenstädt, mit dem von Bletkendorff wegen Potzleven, und Snetlingen getroffen. 1167.

Aus der Sillmilchischen Sammlung.

J.N.S.E.J.T. *Adelbertus* D.G. Brand. Marchio, & Ballenstadensis Cœnobii hæreditarius Advocatus. Cum quod antiquatur & senescit ad interitum prope sit, idcirco præsentium acta temporum,

rum, ne memoriæ in posterum excidant penitus, scripto firmari necessarium duximus. Inde cunctorum posteritati fidelium notum esse cupimus, quod villam quandam trans *Mildam*, *Pozelewe* nuncupatam, *Ballenstadensi* ecclesiæ attinentem, *Udalrico* de *Bletkindorp*, suæque conjugi *Berthæ* cum omni utilitate, usque in flumen *Yloen*, dilecto nostro *Arnoldo*, prædicti monasterii *Abbate* consentiente, in beneficio concessimus, & pro eadem ab ipsis pro sua hæreditate *octo mansos* in *Snetlinge*, in usus prædictæ ecclesiæ perpetuo jure possidendos recepimus. Sed cum ad campsionem peragendam prædicti Abbatis suorumque fratrum primo voluntarium habere assensum nequimus, tam pro ipsorum captanda voluntate, quam ex debitæ caritatis solicitudine illius ecclesiæ utilitati plenius consulentes, eundem *Vdalricum*, ejusque præfatam conjugem hujusmodi sponsione obligavimus, & pacto confirmavimus, ut si quandoque sine hærede sorte migraverit, aut in longævum legitimus ex iis hæres defecerit, eadem villa cum supra dictis mansis denuo in usus prædictæ ecclesiæ redeat. Nec liceat eidem *Vdalrico*, vel suis hæredibus eandem villam vel campsire, vel aliquo modo distrahere, sed tantum in perpetuos usus retinere. Si aut. ea ad *Flamingerorum* jura transtulerit, decima praedictae ecclesiæ pertinebit. Hujus facti cooperantes mecum & testes ad fuerunt Filii mei, *Otto Marchio*, *Adelbertus* Comes, & *Hermannus*, *Tidericus*, *Bernhardus*, nec non *Burchardus* de Valckensten, *Badericus*, & *Rothardus*, *Machanus* etiam & *Henricus*, & frater ejus *Dietericus*, & *Widego* & frater ejus *Reinhardus*, & alii plures ex *Baronibus* & Ministerialibus nostris, qui huic placito interfuerunt. Hanc autem paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione signari jussimus, & in praefato monasterio servari decrevimus. Peracta autem sunt haec *Ackersleve*, A. D. J. MCLXVII. Ind. XIV. regnante Imperatore Friderico.

## II.

## M. Otto I. Urkunde von seinen Schenckungen bey der Einweyhung des Doms zu Havelberg. 1170.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ego *Otto* Brandenb. Marchio, quia divina nos clementia paternis patrimoniis locupletare, & mundana excellentia sublimare dignata est & honorare, dignum & justum omnino judicamus, ut super his omnibus cœlitus nobis indultis beneficiis Deo gratias agentes ipsum vicissim, quantum

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

quantum in nobis est, honoremus, & honori illius promovendo omne, quod vel actu vel intellectu eniti possumus, devote impendamus. Unde nos cum *Patre nostro, Marchione Adelberto* in *instauratione Havelbergensis Episcopatus* Dom. *Anshelmo*, itemque Dom. *Waloni*, reverendis ibidem Episcopis benevole favimus, ac sedulo cooperati sumus, qui nimirum Episcopatus larga quondam Imperatorum munificentia magnifice satis dotatus fuerat, sed a barbaris oppressus tandem, & convulsus, jam pene nullus erat. Nos itaque *dedicatione Matris Ecclesiæ* de *sumtibus nostris* solemniter administrata parum esse reputavimus, si sua solum Ecclesiæ a piis Imperatoribus collata restitueremus, quæ a sacrilegis ablata fuerant, nisi & ea de nostris beneficiis amplificaremus; ideoque antique illi doti *de patrimonio nostro* villas supra addimus, quarum hæc nomina sunt: *Dalckowe* & *Drusedowe*, dimidietatem quoque villæ, quæ *Losse* dicitur. Porro villam *Dalckowe* Dom. *Waloni* Havelb. *Episcopo amabili* nobis *Principi*, ejusque universis successoribus in jus & usum perpetuæ possessionis specialiter assignavimus. *Drusedowe* vero ad præbendam fratrum, & dimidiam partem *Losse* in hospitale & Eleemosynas pauperum deputavimus, quatenus ipsi pariter pro nobis intercedant ad Dominum, orent quoque nihilominus pro animabus Parentum nostrorum, hoc est, *Marchionis Alberti*, & *Sophiæ matris* nostræ, nec non *Judithæ* dilectæ nostræ *conjugis*, simul quoque *fratrum* & *sororum*, & qualibet proximorum nostrorum. Sicut ergo censum colonorum de prædictis villis, ita & servitia, pariter quoque petitiones publicas, seu quoscunque secundum morem exactiones Dom. Episcop. deinceps, & fratribus, & in eorum hospitali pauperibus, ex integro donamus, & sigilli nostri appensione confirmamus, excepto quod, quando provinciale castrum munietur, ipsi simul cum provincialibus munire juvabunt, & ad defensionem patriæ cum populo terræ colonos suos transmittent. Quicquid etiam juris aut servitii in tribus domibus vel villis ejusdem ecclesiæ, *Withemore* videlicet, *Clödene*, & *Burstele*, ratione advocatiæ vel bonorum in Marchia nostra sitorum habere possemus, prompta devotione Deo, & porpetuæ Virgini Mariæ offerimus, & jam dictis fratribus assignamus, & integraliter remittemus. De reditibus quoque nostris, quos nobis *Hollandigenæ*, super ripam Albis positi rite persolvunt, adjicimus prædictæ donationi annuatim *quinquaginta solidos ad luminaria Ecclesiæ comparanda, & tecta reparanda.* Hoc itaque modis omnibus definimus, ut *nullus alioquin Episcoporum* villam *Dalckowe* ulli hominum in beneficio præstet, aut alio aliquomodo ab Episcopalibus usibus alienet, quin potius desideramus, dum nostræ pietatis beneficio participat, ut piam nostri recordationem Episcopus ipse habere non despiciat, Clericisque singulis & ecclesiis sibi subjectis habendam & agendam commendare satagat. Si *quis igitur hanc donationem nostram ausu temerario cassare tentaverit, reus Domino Deo* omnipotenti, reus Domino *Imperatori*, *reus* nihilominus & *nobis nostrisque* successoribus existat, & *omnibus bonis detestabilis* fiat, *persequatur quoque illum* & *percellat* tam diu *divina pariter ac humana ultio*, donec vel digna satisfactione resipiscat, vel *hic & in æternum internecioni* subjaceat. Hujus autem nostræ donationis & actionis testes sunt Dominus meus, *Wichmannus*, Magdeburgensis Archiep. *Walo*, Havelb. *Wilmarus*, Brandenburg. *Geringus*, Misnensis, *Evermodus*, Razeburgensis Episcopi, *quorum ministerio* dedicata est Havelbergensis ecclesia, *Rodgerus*, Major Præpositus Magdeb. *Hubertus* Havelberg.

*Sifridus*

*Sifridus* de Jericho Præpositi, cum suis Conventibus, *Guntherus* de Gratia Dei, *Rembertus* de Liezika Præpositus. De Laicis vero primus *Pater noster Adelbertus Marchio*, cujus studio & consilio hoc opus nostræ devotionis inchoatum & consummatum, præsenti scripto sigillo nostro subter appenso Ecclesiæ jam dictæ confirmamus; testes quoque fratres nostri *Bernhardus* Comes de *Ascherslеve*, *Theodoricus* Comes de *Werbene*, *Hermannus* de *Orlamunde*, *Wernerus* Comes de *Osterburg*, & *Albertus* filius ejus, *Badericus* Burggravius de *Brandenburg*, & *Sifridus*, filius ejus. *Conradus* de *Witiu*, *Richardus* de *Alesleue*, *Rodolphus* & *Henricus*, fratres de *Jericho*, & alii quam plures. Acta sunt hæc *Havelberg die primo consecrationis* Ecclesiæ, A. D. J. MCLXX, Epact. I, Concurr. III, Indict. III.

## 12.

## F. Casimirs in Pommern Schenkung an Havelberg zur Errichtung des Klosters Brode. 1170.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Casimirus* D. G. *Pomeranorum Princeps.* Quoniam larga nos Dei clementia divitiis & honore præ multis aliis mortalibus cumulare, & excellentia terrenæ potestatis dignata est sublimare, placuit etiam nobis devotionem animi nostri eo ostendere, & oblatione competentis muneris debitas gratiarum actiones beneficiis divinis rependere. Sit ergo omnibus notum, tam futuri, quam præsentis temporis fidelibus, nos in *die dedicationis* Havelbergensis ecclesiæ, consentiente nobis *fratre nostro Boguslao*, quasdam villas *Deo* & *S. Mariæ perpetuæ Virgini*, *sanctoque Petro* Apostolorum principi, voluntaria donatione, & promta mente obtulisse, quas susceperunt a nobis viri religiosi, scilicet *Canonici* de congregatione Havelbergensi, regulam S. Augustini, secundum institutionem Beatæ memoriæ *Nortberti* Magdeburgensis ecclesiæ Archiepiscopi professi, perpetuo jure cum omnibus subscriptis pertinentiis suis stabiliter proprie possidendas. Quarum villarum ea ratione alacri studio ratam eis indulsimus possessionem, *ut adunatione personarum ejusdem professionis*, *servitium Dei*, *in una eorum*, quæ ipsis aptior fuerit, *agatur* sine intermissione, perpetua temporum revolutione. Locum vero eundem Deo oblatum, cum omnibus pertinentiis suis a nobis alienando manumisimus, & ab omni exactione thelonei juris, quod in eo habuimus, vel habere debuimus, vel quisquam ex parte nostra, liberrime constituimus, absolvimus, & eosdem fratres nostros, & homines ipsorum, tam *Slavos*, quam *Theutonicos*, ab omni exactione thelonei per totam terram nostram, tam in terra, quam in aqua, in foro videlicet, in pontibus, urbibus & in navibus. Præcipimus & simul omnibus sub culmine nostræ potestatis degentibus, ut solerti custodia studeant observare, ne ab ullo pestilenti quolibet damno, sive clam, sive palam illato, familiariter nobis dilecti hujus ecclesiæ Canonici graventur, quia non solum reus, si Clericus fuerit, capitali pœnæ subjacebit, verum & potentes eis vicini, quorum studio & virtute poterant ab injuria damni tueri, cum bonorum suorum dispendio sentient atrocem districtæ severitatis vindictam. Hæc autem est *descriptio* & *denominatio bonorum*, quæ illi ecclesiæ contulimus, videlicet

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

(Villam

(Diese Worte fehlen in F. Casimirs Urkunde, sind eingeschaltet aus H. Barnims Urkunde von 1244.) (Villam *Brode*, cum foro & taberna & omnibus attinentiis suis, similiter & has) villas *Wonitin*, *Caminz* (Caminiza) *Worgatzmow* (Worgazin) *Szilubin* (Silubini) *Cassubie* (Calube) usque in fluvium, qui vocatur *Precuslinza* (Prituzniza) *Patsuem* (Patzutin) *Wolcuzem* (Wolkicin) *Crukowe*, *Michiun* (Michinow) *Pacelin* (Pancirin) *Vilim*, item *Vilim Carscici*, *Cyrice* (Sirize) *Wuzstrowe* castrum cum villa in *Radun*, *Pothelm* (Podulmow) *Tribekowe* (Tribinou) *Wigun*, *Cussowe*, *Tuartsulm* (Tuarclulmo) *Pobre* (Dobre) *Step*, *Roverie* (Rovene) *Priulbiz* (Prilbitz) *Nicakowe*, *Malke*, *Kammolang* (Kammoulang) *Ribike* (Ribki) *Tzaple*, *Nimirow*, *Mulkowe*, *Staregard* & *Lipiz*, cum omnibus villis suis, usque in stagnum *Woblesko*, & sursum Havelam usque *Chotibanz*, & desertas villas, quæ a Vilin inter fines *Chotibanz*, *Lipiz* & *Havelam* jacent. Dedimus etiam eis *Salinam*, quæ est in *Cockle*, cum omni utilitate, quæ per laboris industriam futuro tempore fieri potuerit ibidem ex sale. Has villas & hæc omnia supra nominata, cum omnibus, quæ ad villas pertinent, hoc est, areis, ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, pascuis, pratis, campis, exitibus & reditibus, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, cum omnibus, quæ ullo modo dici & nominari possunt, ad præfatam ecclesiam tam integre tradimus, tam absolute donamus, ut Præpositus ecclesiæ cum fratrum suorum voluntate libera potiatur facultate, & omnes in eodem loco ejusdem professionis ei succedentes, hæc omnia pro Libitu suo disponendi & ad utilitatem ecclesiæ ejusdem modis omnibus convertendi. Concedimus quoque omnibus hominibus nostris, ut siquis ex eis divina monitus inspiratione aliquid de bonis, quæ a nobis possidet, prædictis fratribus conferre voluerit, liberam habeat licentiam hoc faciendi, & ipsi fratres liberam nihilo minus habeant facultatem recipiendi, & in usus proprios ea libertate, qua cetera donavimus, convertendi. Et ut hæc nostra traditio inconvulsa firmitate per omnia succedentium temporum curricula inviolabilisque permaneat, præsentem paginam sigillorum nostrorum testimonio suffultam eis devote tradimus. Actum Havelberg. A. D. J. MCLXX. Epact. I. Concurr. III. Indict. III. regnante Domino Friderico glorioso Romanorum Imperatore. Præsentibus ex Clero Dom. *Wichmanno*, Magd. eccl. Archiep. *Walone*, Havelb. *Wilmaro*, Brandenb. Episc. *Geringo*, Misnensi Ep. *Evermodo*, Razeb. Ep. Ex Laicis vero *Alberto* Brandenb. *Marchione*, *Ottone*, filio ejus, *jus Marchiæ tunc tenente*, *Hermanno*, Comite de *Horlamunde*, filio ejus, *Theodorico* Comite de *Werben*, filio ejus, *Alberto* Comite de *Balstede*, filio ejus, *Bernhardo* Comite de *Anhalt*, filio ejus, *Wernero* Comite de *Osterburg*, *Conrado* de *Witin*, *Theodorico* de *Tanghermunde*, *Hermanno* de *Plote*, *Hartmanno*, *Henrico* & *Rudolpho* de *Jerichow*, & aliis quam plurimis fidelibus in Domino feliciter. Amen.

## 13.

## M. Otto I. befreyet Brandenburg vom Zoll, und erklärt es für die Haupt-Stadt. 1170.

(Aus der Gundlingschen Sammlung.) J. N. J. T. Notum fit universitati fidelium, tam præsentibus, quam futuris, nunc & in posterum. Ego *Otto* D. G. Brandenb. *Marchio*, & *Juditha*, uxor mea,

mea, filiique nostri, *Otto* major, & *Henricus* minor, principatum & titulum nominis officiique nostri ad hoc a Deo nobis impositum agnoscimus, ut patres orphanorum, & judices viduarum simus. Praeterea delicta, quibus ex necessitate secularium negotiorum involvimur, multiplici Eleemosynae largitione oportet ut emaculemus. Unde est, quod *cives* nostri *Brandenburgenses* ad sinum misericordiae nostrae concurrentes, & gratiam nostram impetrantes, ab *omni exactione thelonei* ex hoc nunc & in perpetuum absolvimus. Accidit autem, ut praenominatus *Marchio* sedens in castrum suum Havelberg, ad placitum suum, quod vulgo dicunt *Bodding*, pro tribunali a Baronibus suis inquisivit, *quod Castrum principatus* ejus specialiter *principale nomen* teneret; surgens quidem *unus de primis consilii* & *palatii Domini Marchionis*, nomine *Borchardus* pro omnibus & prae omnibus circum sedentibus respondit; Prae *ceteris castris* totius Marchiae *Brandenburg* gloriosum, ejus nomen & famosum, Regale castrum, camera imperialis, sedes Episcopalis. Ea propter deliberato a Marchione & primatibus ejus communi consilio civibus Brandenburgensibus liberam emendi & vendendi, per omnem terram ditioni nostrae subjectam, data est potestas, absque theloneo. Generaliter autem theloneum de piscibus non remisit, nisi tantum de *Halecibus*, *Muxenis* & *Lassis*. Quicunque hanc perpetuam istius confoederationis violaverit stabilitatem, Brandenburgensis Marchionis & ejus successorum incurrisse noverit offensionem. A. D. J. MCLXX. regnante Dom. Friderico Imper. & Dno. Episc. *Wilmaro* Brandenb. coram idoneis testibus haec data sunt. Haec scripsit *Evericus Francigena*, Capellanus Dni Marchionis Senioris Ottonis.

---

# Urkunden zur Geschichte Marggraf Otto I.

## 14.

## Grav Dietrich zu Werben beschenckt das Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg. 1170.

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Theodoricus* Dei gratia, *Comes de Werben*. Notum facis tam futuris, quam presentibus Christi fidelibus, qualiter *beate memorie* pater meus *Albertus*, *Brandenburgensis Marchio* consensu meo, fratrumque & heredum meorum legitima largitione contulerit ecclesie beate Marie Magdeburg *Villam Brizin*, cum omnibus juribus ad eam pertinentibus, molendinis, in aquarum decursibus, exitibus & reditibus, ceterisque pertinentiis suis, & utilitatibus, tam agrorum quam nemorum, preterea partem nemorose insule eidem ville adjacentis inter duas Albis refluxiones. Mediam enim partem ejusdem

Aus der Gundlingschen Sammlung. Die Jahrzahl fehlt in der Urkunde selber. Sie ist aber doch nach M. Albrechts Tode ausgestellet.

dem insulæ fratribus de Liezeka contulerat. Nihilo minus pari modo eidem ecclesie beate Marie in Magdeburg villam *Douzow* cum omnibus utilitatibus, tam agrorum quam nemorum, cunctisque ad eandem villam pertinentibus. Hanc itaque donationem meam, fratrumque & heredum nostrorum voluntate & assensu perpetuam ratam & inconvulsam esse.

## 15.

## Erzbischof Wichmanns zu Magdeburg Urkunde wegen Jerichow. 1172.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. *Wigmannus* D. G. sanctæ Magdeburgensis ecclesiæ Archiepiscopus. Quoniam annuente Domino sanctæ Dei ecclesiæ pastorali autoritate præsumus, omnibus Christi fidelibus, sed maxime sanctæ religionis professoribus consilium & pietatis officium impendere debemus. Hujus rei gratia petitioni *fratrum nostrorum in Jericho* libenter annuentes, causam eorum præsenti scripto explicamus, *quorum utique congregationem*, etsi nostris interjaceat possessionibus, cum omni tamen jure tam temporalium suorum, quam spiritualium ad *Havelbergensem ecclesiam* pertinere sane recognoscimus, cui non solum de suis annuere, verum etiam de nostris nos convenit solatium præstare. Ut ergo hinc certius innotescat omnibus, quam rectam in hac re considerationem habeamus, utile autumamus, si de prima fundatione congregationis altius quid repetamus. *Occiso* quippe a *Ditmarsiensibus* glorioso *Comite de Staden*, *Rudolpho*, Marchionis Rudolphi filio, Dominus *Hardwigus*, frater ejusdem occisi principis, *Bremensis ecclesiæ primo summus Præpositus*, postea vero *Archiepiscopus*, nec non religiosa & Deo devota mater illorum, *Domina Rigardis*, ipsam congregationem fratrum, priusquam Magdeburgensem ecclesiam castri sui *Jericho* & pertinentiarum ejus hæredem fecissent, pro suo suorumque recordatione ac salute instituerunt, fundantes eam in parochiali ecclesia, ante castellum Jericho posita, & contradentes investituram ejus, coram Domino *Conrado*, *Rege* in civitate Magdeburg Havelbergensi ecclesiæ, ubi & *Albertus Marchio*, & filius suus *Otto* susceperunt eandem congregationem sub suam defensionem. Cum autem fratres ibi per aliquot annos mansissent, sed locus ille religioni minus commodus esset, Dominus *Anselmus*, *Havelbergensis ecclesiæ* in tempore illo venerabilis *Episcopus*, longe antequam ad *Ravennatis Archiepiscopatus* culmen transsumtus esset, tam magnum eorum correxit incommodum, per Dominum *Fridericum Archiepiscopum*, nostrum videlicet in

Magde-

Magdeburg ecclesia prædecessorem, & per *Henricum* & *Rudolphum* de *Jericho*, duos fratres. Illi quippe ipsum castrum, sicut primitus ex beneficio *Domini Hartwigi*, ita postmodum ex autoritate Magdeburgensis ecclesiæ possidebant, quibus & *Otto Marchio post obitum patris advocatiam Claustri, quatenus exinde fratribus majoris benevolentiæ debitores existerent*, concessit. Ad benevolentiam ergo per Episcopum *Anselmum* inclinati, favente nimirum huic negotio *vitrico* eorum *Hartmanno*, & exhortante christianissima eorum matre *Gudela*, fratribus primo agros villæ contiguos, quos hodie possident, dederunt. Deinde vero locum eis extra villam addiderunt, ubi mansionem quietam magis ac secretam, priori omnino commodiorem habentes, templum cum claustro, sicut re ipsa apparet, exstruxerunt. Sic itaque possessio claustri a septentrionali latere villæ circa lacum, qui *Clincus* dicitur, incipit, & ejusdem amnis littus continue girans usque ad terminos adjacentis villulæ, qui *Stenisse* dicitur, ad Orientem pertendit, abinde vero versus meridiem infra limites sibi designatas reflexa, usque ad villam *Jericho*, a qua cœperat, redit & definit. Super addiderunt quoque fratribus pratum quoddam inter prata civium supra littus *Albis* situm, & suis hodie terminis per longum & latum evidenter designatum, quatenus pro his & aliis suis erga claustrum meritis ipsi simul cum patre suo *Alberto*, & matre *Gudula*, & vitrico *Hartmanno*, & cum præclarissimis Dominis suis, magnifico viro Marchione *Rudolpho*, & venerabili ejus conjuge, Domina *Rigarde*, eorundemque filiis, *Hartwigo* sc. Bremensi Archiepiscopo, *Rudolpho* quoque & *Utone* permagnis principibus, & cum omnibus proximis suis, piam recordationem, & æternam cum piis obtinerent salutem. Cum vero Dominus *Hartwigus*, & mater ejus sub ipso jam demum tempore, castrum suum *Jericho*, cum aliis suis patrimoniis *juri Magdeburgensis* ecclesiæ præter jam dictam parochiam mancipaverant, fratres prænominatam possessionem de manu Domini *Friderici* Archiepiscopi, nostri scilicet prædecessoris, ad suos perpetuos usus, mediante Domino *Anselmo*, Episcopo suo, cum advocatis suis *Henrieo* & *Rudolpho* susceperunt, & Magdeburgensi ecclesiæ undecim mansos in villa sua, quæ *Nieckendorff*, vel alio nomine *Gerdekin* dicitur, sub concambii vicissitudine restituerunt. Nos igitur super his omnibus prædictis rationabile factum priorum recolentes, approbamus concambium illud & ratum ducimus, & utrobique ut inviolabili firmitate consistat, decernimus. Præterea confirmamus eisdem servis Dei octavam partem villæ *Bock* cum pratis & pertinentiis suis, quæ prædictus vitricus & mater præfatorum germanorum legitima emtione possessa fratribus pro animabus suis possidenda

Diese Stelle macht die Urkunde verdächtig. Oben stehet, daß die von Jerichow erst nach M. Albrechts Tode die Schirm-Vogtey erhalten, und hier handeln sie mit

B. Anshelm gemeinschaftlich, der längst abgegangen war, als M. Albrecht starb.

denda contradiderunt; cui rei, ut rata esset, illi pariter assenserunt, quia etiam postremo omnem querelam, quam alioquin adversus claustrum, ex quacunque occasione, seu pro mansis, seu pro decimis movere cœperant, in manu Domini *Walonis* Havelbergensis Episcopi, coram Domino *Wilmaro* Brandeburgensi Episcopo, & Domino *Ottone* Marchione, & coram multis aliis fidelibus testibus deposuerunt, & ut fratres deinceps quieto ac irrefragabili jure possiderent, unanimiter consignaverunt. Super hæc autem specialiter expressa confirmamus universaliter eisdem fratribus, ad quietæ possessionis perpetuam facultatem omnia simul, quæ hodie ex prima principum, qui claustrum idem fundaverunt, largitione possident. Hoc est in villa *Jericho* parochialem, ut dictum est, ecclesiam, cum manso uno in villa *Briesit*, & cum omni jure suo, itemque aliam villam, quæ *Schlumpka Walkowe* dicitur, & prænominatam nihilominus villam *Nicekendorff*, exceptis in ea undecim mansis, ad concambium, ut jam diximus assignatis, unum quoque mansum situm in *Stolenen*, juxta fluvium *Podum*, solventem decem solidos. Præterea firma sint eis beneficia Domini *Anselmi* Episcopi sui, quibus Præbendam eorum adauxit, dans eis curtem intra vallum antiquum, *Cabelitz* positam, itemque villam proxime adjacentem, quæ similiter Cabelitz appellatur, quarum utramque deinde successor suus, Dominus *Walo* illis in præbendam confirmavit, addens & ipse prædictis beneficiis villam suam, quæ *Visika* dicitur. Hæc igitur cuncta, sicut superius comprehensa sunt, cum omnibus pertinentiis suis, reditibus, decimis, pratis, pascuis, aquis, silvis, & servitiis, libere possideant, tria quoque molendina, in littore Albis fluvii, cum facultate ibidem piscandi habeant. Quæ omnia, ut tam ad futurorum, quam præsentiam notitiam perveniant, huic paginæ inseruimus, & ut inconvulsa familiæ Dei permaneant, banno beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Apostolicæ S. Romanæ ecclesiæ, nec non nostræ humilitatis privilegio eis confirmamus. Omnibus ergo bonæ voluntatis erga prænominatum locum existentibus, cumque simul & jura ejus ab injuria defendentibus, & pax in præsenti multiplicetur, & in futura vita æterna supererogetur. Qui vero maligne eum perturbaverint, & a quiete seu profectu suo deficere cœperint, ipsi, nisi digne reatum suum emendaverint, sicut fumus deficiant, & sicut fluit cera a facie ignis, sic a facie Dei cum peccatoribus in æternum pereant. Ameu. Hujus rei testes sunt *Walo*, Havelbergensis Episcopus, *Wilmarus*, Brand. Episc. *Sifridus*, Nienburgensis Abbas, *Rokerus*, Majoris Ecclesiæ Præpos. *Guntherus* de *Gratia Dei* Præpos. *Rupertus*, Havelberg. Præpos. *Reinerus*, Præp. de *Lizeka*, *Siffridus*, Decanus,

nus, *Henricus*, Præp. eccles. S. Sebastiani, *Albertus* vero, *Conradus*, *Olricus*, *Conradus*, Magd. eccl. Canonici, *Balderamus*, eccles. S. Mariæ Præpos. De Laicis vero, *Otto*, Marchio Brand. cum filiis suis *Ottone* & *Henrico*, *Burchardus*, Burggr. de Magdeburg, *Theodoricus* de *Wichmannsdorp*, *Siffridus*, Burggr. de Arneburg, *Bruno* de *Sieslene*, *Bruno* de *Gerloven*; de ministerialibus quoque Magdeb. ecclesiæ, *Henricus* de *Jericho*, cum filio suo *Alberto*, & fratre suo *Rudolpho*, *Conradus Schluterus* de Magdeburg, *Richardus* & *Conradus* de Alsleve, & alii quoque plures. Acta sunt cuncta hæc in civitate *Magdeburg*, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXII. Indict. II. Concurrente IIII. Regnante Domino *Friderico* gloriosissimo Romanorum Imperatore semper Augusto feliciter. Amen.

16.

## Bischoff Wilmar zu Brandenburg bestätiget das Kloster Lietzke. 1173.

Ego *Wilmarus*, Dei gratia, Brandenburgensis Episcopus. Ad hoc Pastoralis nobis officii curam commisam credimus, ut religiosarum in Episcopatu nostro personarum, in quantum possumus, utilitatibus consulamus, eorumque possessiones, quas jam juste possident, aut in futurum possessuri sunt, nostra autoritate confirmando conservemus. Quecunque igitur bona Predecessor noster venerabilis memorie *Wigerus* Brandenburgensis Episcopus fratribus in *monte B. Mariæ* in *Lezecha*, Deo servientibus obtentu divine remunerationis contradidit, nos nihilominus enumerando ac testificando corroborare dignum duximus, ecclesiam videlicet *B. Petri in Lezecha* cum censu utriusque *ville*, *nove scilicet & veteris*, omnem quoque decimationem earundem villarum, tam de bonis Domini *Gerberti*, quam ceterorum ibi manentium, quam etiam usque ad nostra tempora iidem fratres legitima possessione tenuerunt; feudum quoque vinearum, cum decimis earum, locum in quo claustrum situm est, cum silva contigua, villam que dicitur *Ladeborch*, cum censu & decimis, cum omni servitio, quod Episcopo eatenus debebatur, ex silva eidem loco contigua, & reliquis ejusdem ville appendiciis, villa etiam, que *Niendorp* dicitur, & aliam, que *Gowene* nuncupatur, etiam quoque, que *Lochowe* dicitur, cum censu & decimis, & suis appendiciis, scilicet quedam Curia, que *Colibik* dicitur, & villula que *Vtzikesdorp* dicitur, que in prefate ville *Cessarne* terminis continetur, duas quoque partes decime de tribus villis *Echolt*, *Stilitz*, *Predele*, omnem quoque decimam in villa, que *Crussow* dicitur, quam

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

villam predicti fratres a *Marchione* pie memorie *Adelberto*, consensu filiorum ejus comparaverunt. Preterea ne qua in posterum emergat ambiguitas, per quam eorundem fratrum perturbetur tranquillitas, villas ad eorum Parochiales ecclesias pertinentes, in quibus tertia pars tantum decime jure Christianitatis ipsis debetur, enumerando distinguere decrevimus. Ad ecclesiam *Liezeche*, *Muschowe*, *Ziebekre*, & due villule, que ambe *Krukeborne* nominantur, *Glantitz* quoque & *Meterne*, que nunc a *Slavis* inhabitantur, si in posterum a *Teutonicis* possesse fuerint, eidem ecclesie partem tertiam decime persolvent. Ad ecclesiam *Lochowe*, villa que *Quabitz* dicitur, *Winare*, *Veterzel*, *Tuchovele*. Nos quoque eorundem fratrum adjuvari cupientes orationibus, pro remedio anime nostre, & eterna retributione, mansum unum in villa *Glantitz*, in usum ipsorum fratrum contradimus. Et ut hec nostra traditionis, testificationis, & confirmationis charta futuris temporibus firma semper & inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione eam signamus, & banni nostri autoritate roboramus. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisve persona contra hanc nostre confirmationis paginam temerario ausu venire presumpserit, a sacratissimo corpore & sanguine Domini aliena fiat, quousque factum suum digna satisfactione penitentie emendet. Hujus confirmationis testes sunt, *Walo* Havelbergensis Episcopus, *Balderamus* Prepos. S. Mar. in Magdeburg, cum conventu suo, *Guntherus* Prepos. S. Victoris in *Gratia Dei*, *Gerhardus* Prepos. in Brand. cum conventu suo, *Hubertus* Prepos. in Havelb. *Iffridus* Prepos. in Jericho, *Balduinus* Prep. de Rode, *Balduinus* Sacerdos, *Simon* Sacerdos, *Hugo* Sacerdos, *Henricus* Sacerdos, *Otto Marchio Brandenb. Evericus* Advocatus, *Richardus* & *Henricus* frater ejus, *Gerbertus* de *Letzecha*, *Fridericus* prefectus de Letzecha. Facta est hæc charta anno Dominice incarnationis MCLXXIII. Indict. VI. Epacta XV. regnante Friderico Imperatore Romanorum Augusto feliciter. Amen.

## 17.

## Bisch. Siegfried I. von Brandenburg bestätiget dem Capitul zu Brandenburg seine Güter. 1173.

Aus der Süßmilchischen Sammlung. Die Urkunde D. Wilmars, auf welche sich

J. N. S. E. J. Tr. Notum sit universitati fidelium, tam præsentium quam futurorum in perpetuum. Quandoquidem dignum & justum est, & satis usitatum, unumquemque hominem caput suum adornare, defensare ac curare, ut capite cetera membra sint sine periculo; ego igitur *Sigfridus*, divina favente clementia *Bran-*

***Brandenburgensis ecclesiæ Episcopus***, æterna retributione confisus *cathedralem* nostram jam dictam *ecclesiam* diversis tentationibus diu molestatam, ad Dei & B. Petri Apostolorum principis honorem, secundum Prædecessoris nostri piæ memoriæ *Wilmari* Episcopi cœptam devotionem, quibuscunque modis volui sublimare, dilatare & defensare, summopere invigilavi. Quicquid ergo dignitatis & benevolentiæ tam in Archidiaconatu & libera electione Pontificis, quam in aliis prærogativis cathedralibus Canonicis concedendis, supradictus prædecessor noster præfatæ ecclesiæ Canonicis secundum regulam B. *Augustini* sub *norma Præmonstratensis Ordinis* illis Deo militaturis concessit, & competenti testimonio stabilivit, hoc totum nostra nihilominus attestatione ratum fore, & inconvulsum permanere constituimus. Ipsam ergo B. *Godehardi* in *Parduwin* ecclesiam, ex qua & prædictus Præsul summa deliberatione principum in castrum Brandenburg scil. in sedem Pontificalem transposuit, & curam animarum commisit, illam ut diximus, & B. *Nicolai* ecclesiam, & si quæ aliæ in ejusdem civitatis parochia in posterum fuerint ædificatæ ecclesiæ, omnes illas, cum tertia parte decimarum, de villis ad eam pertinentibus, nec non & ecclesiam B. *Mariæ* in monte *Harlingenberg*, cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, sicut prænotatus Antistes, *Ottone M.* annuente, & sui juris Canonicis præfatis donum perpetualiter concedente, in præbendas eorum condonaverat; ita nos quoque omnimode communire operam dedimus. Præterea has villas, *Bukowe*, *Garczelitz*, *Bultitz*, *Kiez*, *Muselitz*, *Gorne*, cum decimis & appendiciis earum, cultis & incultis, campestribus, silvestribus, & palustribus, cunctisque utilitatibus; has inquam villas, cum 2 lacubus, inter *Gorne* & *Silowe* sitis, sicut jam sæpe dictus Episcopus in usus eorundem Canonicorum contradiderat, & coram publica synodo Brandenburgensi, sed & Magdeburgensi Præsule *Wigmanno* cooperante, confirmaverat, sic nos quoque autoritate B. *Petri*, & nostra perhenniter eis stabilivimus. Insuper & villas alias, a prædicto *Ottone Marchione*, & filiis ejus, *Ottone* & *Henrico* prænotatæ ecclesiæ collatas, scilicet, *Muzowe*, *Tremene*, *Thure*, cum decimis, & omnibus appendiciis earum, campestribus, silvestribus, palustribus, cultis & incultis, cunctisque utilitatibus, ecclesiam quoque in *Thure*, cum tertia parte decimarum, de villis ad eam pertinentibus, sc. *Itzin*, *Crelingen*, *Zelin*, *Bauwerstorp*, & si quæ aliæ villæ fuerint ibi, centum quoque mansos in *Zuche* sitos, quos prædictus *Otto* princeps, pro anima patris & matris & uxoris suæ *Judithæ* Marchionissæ, filiis eorum consentientibus, cum omnibus attinentiis obtulit, quinque quoque modios majoris mensuræ

diese beziehet, ist in der Gundlingischen Sammlung, und vom Jahr 1166.

salis

salis annuatim persolvendos; duos quoque mansus in *Rodenslowe* ab eisdem oblatos. Aliam quoque villam *Dambe* dictam, a *Rudolpho* de *Jericho* in opus ejusdem ecclesiæ *Ottoni Marchioni* resignatum, & ab eo & filiis ejus cum omnibus attinentiis ejus, campestribus, silvestribus, palustribus, cunctisque utilitatibus, cultis & incultis ecclesiæ oblatam, sed & ejus decimas a Dom. *Wilmaro* Episcopo in usus fratrum concessas, molendinum quoque in *Klinke*, sex etiam arearum fundos, in civitate *Parduwin* a fidelibus oblatos. Ecclesiam quoque in *Czechowe* (Zachow) cum sua dote & omnibus decimis ejusdem villæ, & tertiam partem decimarum, de villis ad eam pertinentibus, sed & ecclesiam in *Golitz*, cum dote sua, & tertiam partem decimarum tam hujus villæ quam aliorum ad eam pertinentium. Hæc & omnia data & concessa tam a prædecessoribus meis Episcopus, quam a principibus & aliis fidelibus, Ego *Sigfridus*, Brand. Episcopus protestando eidem Ecclesiæ cum decimis & omnibus ad jus nostrum pertinentibus concessi, & ut rata & illibata in ævum permaneant, autoritate Patris & Filii & Spiritus Sancti, & B. Petri & nostra stabilivi, & proprio sigillo communivi. Si quis igitur ea infringere, aut temere mutare præsumserit, nisi resipiscat, anathematis condignæ sententiæ hic & in perpetuum subjaceat. Amen. Hujus rei testes sunt *Wigmannus* Magdeburgensis ecclesiæ Archiepiscopus, *Walo*, Havelb. Ep. *Rutgerus* majoris Ecclesiæ Præpos. *Otto*, *Romarus*, *Henricus* ejusdem eccl. Canonici, *Henricus* Præp. ad S. Sebast. *Conradus* Decanus, *Gevehardus* Abbas de Conradesberg, *Gerhardus* Brandeb. Archidiaconus, *Reinkerus* Præp. de Liezecke, *Balderamus* Præp. S. Mariæ in Magd. *Hubertus* Havelb. Præpos. *Iffridus* Præp. in Jericho, *Otto* March. Brandenb. & filii ejus. Anno Dom. MCLXXIII.

## 18.

## Grav Dietrich von Werben bestätigt Crussow und Gottow dem Kloster Liezeke.

Aus der Süßmilchischen Sammlung. NB. Die Urkunde ist ins Jahr 1165. von dem Sammler gesetzt worden. Es ergiebt sich

Ego *Theodoricus*, divina annuente clementia *Comes*, notifico tam futuris quam præsentibus, quia *Toorneburch*, cum omnibus bonis illuc pertinentibus, *secundum divisionem Patris mei piæ memoriæ Marchionis Adalberti* proprio jure mihi provenit, inter quæ bona villa una *Crussowe*, nec non & *Gottowe*, cum silvis & pratis & stagnis illuc pertinentibus olim connumerabantur, sed largitione Patris mei, mecum meis fratribus consentiente, in usus fratrum, in monte S. *Mariæ Liezeche* Deo servientium, cesserunt. Et quia hæc patris mei largitio meo & fratrum

trum meorum consensu, coram Romanorum Principe *Friderico* in plena curia Magdeburch, confirmata est, idcirco ego verbo & scripto hanc corroborans, me vel aliquem heredum meorum in prædictis bonis nihil juris habere profiteor, quia cum essem in annis legitimis Patri meo in hac re libens assensum præbui. Hujus rei testes sunt *Wichmannus*, Magdeb. Archiep. *Wilmarus*, Brand. Episc. *Walo*, Havelb. Episc. *Otto*, March. Brand. *Hermannus*, Comes de *Orlamunda*, *Bernardus*, Comes de *Ascherleven*, cum reliquis fratribus meis, *Henrico* & *Sifrido*, *Bernardus* de *Valckenstein*, *Walterus* de *Arnstein*, *Badericus* Castellanus de Brandenb. *Evererus*, *Richardus*, *Macharius*, *Henricus*, & *Rudolphus* de *Jericho*.

aber aus ihr selber, daß sie nach M. Albrechts Tod. gestellet sey, da sie sonst keine Jahrzahl hat. Sie gehöret ohne Zweifel ins Jahr 1172. oder 1173. denn B. Wilmar zu Brandenb. ist Zeuge darin.

## 19.

## Pabst Alexanders Breve an den Abt von Caßino, und Erzb. zu Capua, von den Unterhandlungen und Frieden zu Venedig mit K. Friedrich I. dazu M. Otto von Brandenburg mit gebraucht worden.

Aus der Gundlingschen Sammlung. Die Copie ist da sehr voll Fehler, welche wir so gut, als möglich, berichtigen. Wo was ausgelassen zu seyn scheinet, wird mit — bezeichnet, oder auch das auszufindende in ein ( ) geschlossen.

**A***lexander*, Episcopus, Servus servorum, dilectis in Christo filiis. Petro, Casinensi Abbati, & — Capuano Archiepiscopo salutem & Apostolicam absolutionem. Exigunt gratissimæ devotionis obsequia, quæ nobis & ecclesiæ tam devote quam fideliter exhibuisse noscimini, ut felices successus ipsius ecclesiæ vobis, scil. devotis & spiritualibus filiis, literis describamus, cum dignum sit, conveniens & honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos & stabiles, de prosperitate nostra & ipsius ecclesiæ reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, & humilia respicit de supernis, cujusque munere venit, ut navicula Petri, diu & graviter procellosis fluctibus & validissima tempestate quassata, nunc tandem montem salutis attigerit, & pacatis sævientis maris procellis, debita & desiderata pace lætetur. Sane 12 instantis mensis Augusti Calend. de mandato *hujusmodi* (forte melius: *Friderici*) *filii nostri in Christo*, *illustris Romanorum Imperatoris*, (*Otto* March. Brand.) *filius Marchionis Alberti*, *vir nobilis*, potens, magnus, & *Camerarius* ipsius Imperatoris, — — — — — — — — — præsentibus principibus Ecclesiasticis & Secularibus Teutonici regni, publice in anima ejus, in præsentia nostra, coram innumerosa hominum multitudine, præstiterunt, tactis S. S. Evangeliis, juramentum, quod, postquam idem Imperator veniret *Venetias*, omni contentione & contradictione seposita, pacem ecclesiæ, sicut per fratres no-

stros, & principes suos disposita est & tractata, & pacem hujusmodi filii nostri in Christo *Wilhelmi*, illustris Siciliæ Regis, usque ad decimum quintum annum, & *Treugas* Lombardorum usque ad septem annos, in anima sua & a principibus suis (factas) faceret, sicut in scripto pacis & treugæ continetur, juramento firmare (velit). Nono vero Cal. Aug. præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat & dispositum, venit ad Ecclesiam B. Nicolai quæ per unum milliare a Venetiis distat, & tam ipse, quam Archiepiscopi & alii Principes Teutonici regni abrenuntiantes Schismati, per fratres nostros Episcopos & Cardinales, de mandato nostro absolutionis beneficiis meruerunt, & deinde venerunt Venetias, & ibi ante ecclesiam B. Marci, prædictus Imperator, innumera multitudine mulierum & virorum præsente, & alta voce reddente laudes & gratias Altissimo, nobis Summo Pontifici obedientiam & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit, & recepto a nobis pacis osculo, dextravit nos devote & cum reverentia, qua decuit, & devotione, (&) usque ad altare in ecclesiam introduxit. Sequenti vero die in festo B. Jacobi ab eodem Imparatore rogati ad prædictam ecclesiam S. Marci, solennia celebraturi missarum accessimus, & nobis illuc venientibus Imperator præfatus extra ecclesiam obviam venit, & dextro latere nostro devote suscepto nos in ecclesiam introduxit, & peractis missarum solenniis nos usque ad ipsius ecclesiæ portam dextravit, & cum adscenderemus *Polafredum* nostrum ibi paratum, *stapham* tenuit, & honorem omnimodum & reverentiam nobis exhibuit, quam prædecessores ejus nostris consueverunt prædecessoribus exhibere. Erit igitur sollicitudinis vestræ, nobis & ecclesiæ in prosperis congaudere, & effectum pacis aliis devotis ecclesiæ filiis aperire, ut iis, quos zelus domus Dei tangit, de pacis nomine divinitus dato in Domino gaudeant & exsultent. Datum Venetiis in Rivo alto VI. Cal. Aug.

20.

## M. Otto I. nimmt das Capitul Prämonstratenser Ordens zu Brandenburg in seinen Schutz, und bestätigt ihm seine Güter. 1179.

Aus der Süßmilch- und Gundlingischen Sammlung.

J. N. S. & J. Tr. *Otto Dei Gratia Marchio in Brandenburg.* Notum esse volumus tam præsentibus quam futuris, quod nos, ob spem divinæ retributionis, ecclesiam Cathedralem in urbe nostra Brandenburg, a piæ memoriæ Rege *Ottone* in honore Dei & B. Petri, Apostolorum Principis fundatam & constructam, modis omnibus exaltare & honorare decrevimus, & *Canonicos Ordinis Præmonstra-*

*ſtratenſis*, qui ſecundum Dei timorem, & B. Auguſtini regulam a Wiggero, Brandenburgenſi Epiſcopo in eccl. B. *Godehardi* in civitate *Parduin* prius ſunt conſtituti, poſtea vero a *Wilmaro* Brand. eccl. Epiſcopo, conſilio & ope *Wigmanni* Magd. Archiepiſcopi, atque Patris noſtri, Marchionis *Alberti*, noſtroque cooperanté juvamine, in ſedem Epiſcopalem urbis Brandenb. ſunt tranſpoſiti, ſub protectione noſtra ſuſcipimus, eisque omnem libertatem, quam Clerici debent habere, quantum juris noſtri eſt, concedimus, & homines eccleſiæ ab omni ſervitio noſtro & exactione & indebitis angariis, & exactionibus liberos dimittimus, excepta *ædificatione urbis Brandenburg*, & juſto bello pro patria. Confirmamus inſuper eidem eccleſiæ in *Brandenburg*, & Canonicis in illa militantibus, omnes villas & eccleſias, & manſos, & omnia a nobis ſive ab aliis oblata, quorum propria neceſſarium duximus exprimenda vocabula. Locum ipſum videlicet, in quo dicta eccleſia ſita eſt, in urbe ſc. Brandenburg, cum omnibus attinentiis ſuis, Eccleſ. B. *Godehardi* in civitate *Parduin*, cum curia adjacente, eccleſ. B. *Nicolai* in *Lucheberg*, eccl. B. *Mariæ* in *Harlungsberg*, cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, villas etiam *Buchow*, *Garzelitz*, *Muzelitz*, *Bultitz*, *Kik* cum omnibus attinentibus earum, villa *Gorne*, cum duobus lacubus adjacentibus, *Zumich*, & reliquo lacu proximo villæ *Gorne* cum omni utilitate. Villas inſuper *Thure*, *Tremene*, *Moczowe*, cum decimis & omnibus appendiciis earum, cultis & incultis, eccleſiam in *Thure*, cum tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, ſc. de *Etzin* (*Itſin*), du *Crelin*, *Bauerſtorp*, & quæcunque villæ ibi fuerint. Duas præterea partes decimarum de villa *Bawerſtorp*, eccleſiæ Brandenburgenſi attinentes, C manſos in *Zucha* ſitos, juſto donationis titulo cum omnibus attinentibus a nobis oblatis. V. modios majoris menſuræ ſalis de telonio Brandenburgenſi annuatim ſolvendos. In villa *Plutſin* 10 manſos. Inſuper in eadem villa de 20 manſis 2 partes decimæ, molendinum in *Klinke*, 6 areas in *Parduin*, eccleſiam in *Czechowe*, cum dote ſua, ſc. 2 manſos, & totam declmam ejusdem villæ, & tertiam partem decimarum de villis ad eandem eccleſiam pertinentibus, videlicet *Parne*, *Loditz*, *Werdere*, eccleſiam in *Golitz*, cum dote ſua, ſc. 2 manſos, & tertiam partem decimarum villæ *Wachowe*, pertinentis eccleſiæ, a Joanne de Plote nobis reſignatos, eidem eccleſiæ in Brandenburg a nobis oblatos. Eccleſiam in *Niebede*, cum dote ſua, videlicet 2 manſis & tertia parte decimæ de villa *Suanebeke*. Villam *Sconlo* (Scondo) in qua ſunt XXX manſi, cum omni utilitate. Villam *Vriſtorp*, quam *Evererus de Lindowe*, a nobis in feudo tenuit, & nobis reſigna-

ſiguavit ad opus Eccleſiæ Cathedralis in Brandenb. conſtruendæ a nobis collatam. Conſtare itaque omnibus fidelibus cupimus, quod nos pro his ſervandis a Domino Friderico Rom. Imp. qui hæc omnia confirmavit, ſcriptum bulla imperiali ſignatum, Eccleſiæ Cathedrali Brand. obtinuimus, in curia ſolenni Magdeburgi Cal. Julii ab eo celebrata, cujus conſenſu & autoritate omnia præfatæ Eccleſiæ in Brandenburg collata confirmamus. Et ut hæc noſtra collationis & confirmationis pagina inconvulſa permaneat, cum ſigilli noſtri impreſſione roboravimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: *Sifridus* Brand. Epiſcopus, *Gerardus* ejusdem eccleſiæ *Præpoſitus*, Canonici *Walterus*, *Riguinus*, *Menzo*, *Baldericus*, *Martinus*, *Walterus*, & totus conventus; Laici vero *Badericus*, Burggravius in Brandenburg, Evererus de *Lindow*, Gerardus *Falco*, Gerbertus de *Liezecka*, Theodoricus, *Advocatus* in *Brandenburg*, & alii quam plures Clerici & Laici. Acta ſunt hæc a nobis in urbe noſtra Brandenburg 1179. indict. 12. 4. Non. 9br. regnante Domino Friderico, Rom. Imp. & ſemper Auguſto, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

21.

## K. Friedrichs I. Beſtätigungsbrief für das Stift Havelberg. 1179.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

J. N. S. & J. Tr. *Fridericus* divina favente clementia Rom. Imperator & ſemper Auguſtus. Pro ratione debiti, quo ex adminiſtratione imperialis celſitudinis omnipotenti Deo tenemur, & pro ſpe bonorum æternorum, operæ pretium arbitrati ſumus, inſtaurandæ & conſervandæ *Havelbergenſis* eccleſiæ diligentem curam impendere, eamque in jure ſuo, Domino annuente jugiter inconvulſam manutenere. Proinde ipſam *Havelbergenſem* eccleſiam, ab anteceſſore noſtro piæ memoriæ *Ottone Magno* Imperatore in honore Sanctæ Dei genitricis *Mariæ* fundatum, & poſtea gentilium errore & incurſu nimis deſolatam, in noſtram tuitionem ſpeciali defenſione ſuſcipimus, & venerabilem ejusdem eccleſiæ Epiſcopum *Hubertum*, qui ad reædificationem & reſtaurationem ſuæ eccleſiæ ferventiſſime laborat, pro ſtudio adjuvare volumus, quia eum in religione devotum, & in noſtra ac imperii fidelitate firmum, & ſtabilem experti ſumus. Præfatam itaque eccleſiam præſenti privilegio communimus, confirmantes ei, quidquid Anteceſſores noſtri, *tres* videlicet *Ottones*, & *Henricus II.* nec non *Conradus* Rex contulerunt, h. e. u. ſ. w.

(Der folgende ganze Inhalt ist von Wort zu Wort einerley mit dem Bestätigungsbriefe K. Conrads von 1150. Nur der Schluß ist dieser:)

Hujus renovationis testes sunt, *Wigmannus*, Magdeburgensis, *Philippus*, Coloniensis, *Conradus*, Saltzburgensis, Archiepiscopi, *Anno*, Mindensis, *Hermannus*, Monasteriensis, *Arnoldus*, Osnabrugensis, *Sifridus*, Brandenburgensis, *Martinus*, Misnensis, Episcopi, aliique Principes quamplures. Signum Domini Friderici Rom. Imperatoris invictissimi.



Ego *Gotfridus* Imperialis aulæ *Cancellarius* vice *Christiani Moguntini Archiepiscopi* & *Germaniæ Archi-Cancellarii* recognovi. Data in curia solemni Magdeburgi celebrata Ao. Dominicæ incarnationis MCLXXIX. Indict. XII. regnante Domino Friderico Rom. Imperatore gloriosissimo, Ao. regni ejus XXVIII. imperii vero XXV. III. Cal. Jul. feliciter. Amen.

## 22.

## M. Otto I. Stiftungsbrief über das Kloster Arendsee. 1184.

J. N. S. E. J. Tr. *Otto* in *Brandenburg Marchio*, quoniam divina favente clementia præ ceteris terreni regiminis fulcimur gloria, dignum ducimus, ut eidem obtemperantes maxime in ecclesiarum amplificatione & earum incursorum exstirpatione ancoram nostræ spei figamus, & sic in obtentu nostræ salutis ipsam soluto mortis debito adjutricem dirigamus. Unde notum sit totius ecclesiæ tam futurorum quam præsentium universitati, quod ego *Otto* Brandenb. Marchio, annuentibus meis hæredibus, *Ottone*, *Henrico*, *Adalberto*, filiis meis & uxore mea *Adelheid*, in honorem Dei & Sanctæ Mariæ, Sanctique Johannis Evangelistæ, S. Nicolai, & omnium sanctorum, simulque ad utilitatem novellæ plantationis ecclesiæ in *Arnsee*, villam Teutonicam, quæ dicitur *Kaulitz*, & Slavicas villas eidem stagno adjacentes, totamque solitudinem a rivulo, qui dicitur *Sitzow*, usque ad fluvium qui vocatur *Binden*, & unum mansum in prato, qui fuit Domino *Ode* cum *Burchwerck*, & petitionibus & expeditionibus, cum advocatia & cum omni justitia, quæ spectat ad Marchiam (forte Marcam) prædictæ ecclesiæ *Arnsee*, pro re-

medio animæ meæ, cum consilio prædictorum hæredum meorum, contradidi, ut sanctæ moniales ibidem Deo servientes in perpetuum sustententur sub regula S. Benedicti. Ut autem hæc rata & incouvulsa maneant, potestate qua potimur, hanc paginam cum sigilli nostri impressione porrigimus, atque per eandem eidem ecclesiæ omnimodis nos obtemperaturos assignamus, & ut firmior sit eadem ecclesia contra omnes importunitates infestantium, *Tammo* D. G. *Verdensis Episcopus* autoritate sua, sub banni districtione confirmavit, & decimas justitiæ suæ attinentes eidem ecclesiæ alligavit. Facta autem sunt hæc præsentibus *Alberto*, Præposito ejusdem ecclesiæ, *Hescwigo* Capellano, *Alberto* Comite de *Osterborch*, *Wernero* de *Luchowe*, *Frederico* de *Osterwalde*, *Henrico* de *Danneberg*, *Frederico* Advocato de *Soltwedel*, & Ministerialibus *Cunone*, Hellemwrico, Gerhardo, Henrico, Bodone, Sigfrido, Mescelino, Friderico, A. D. J. MCLXXXIIII. Indict. III. præsidente Romanæ ecclesiæ *Lucio*, venerabili Apostolico, Regnante *Friderico* Imperatore, & venerabili Episcopo *Tammone*, regente ecclesiam Verdensem, & Ducatum tenente inclyto *Bernhardo*, Præposituram autem *Adalbertus* tam senior quam junior concesserunt.

---

# Urkunden zur Geschichte der Brüder M. Otto II. Gr. Henrich und M. Albrecht II.

## 23.

### Urkunde wegen Czechow an das Capitul zu Brandenburg von 1170, zum Beweis, daß M. Otto II. und Gr. Henrich beym Antritt ihrer Regierung 1184 nicht minderjährig gewesen.

Aus der Süßmilchischen Sammlung. Die Copie nennt niemand, der sie von sich gestellet. Ohne Zweifel gehört

J. N. S. E. J. Tr. A. Quomodo hoc nostrum est, religioni operam dare, scilicet detrimenta restaurare, incrementa augere; sicut *Cathedralem ecclesiam* B. *Petri* Apostoli in *Brandenburg* longo tempore dirutam, & a paganis pene annullatam, Deo auxiliante reædificavimus; ita eam omnibus modis, quantum divina præstat gratia, sublimare studemus. Ea propter *Canonicis* ejusdem *Cathedralis ecclesiæ*, juxta regulam B. *Augustini* Deo servientibus duas partes decimarum totius villæ

villæ *Czechow*, quam fidelis noster, *Evererus*, propter Deum, ad usum eorundem Canonicorum, nobis resignavit, nec non & ecclesiam *Czechowe*, cum tertia parte decimarum ejusdem villæ, & omnium villarum ad eandem parochiam pertinentium, sc. *Parne*, *Werdere*, *Lodiz*, curam quoque ejusdem ecclesiæ, & quicquid in ea nostri juris est, præfatis Canonicis perpetua stabilitate concessimus. Et ut hæc nostri facti pagina incouvulsa permaneat, eam nostri sigilli impressione communivimus. Si quis ergo hoc nostrum factum temere mutare præsumserit, anathema sit. Hujus rei testes sunt *Otto* Brand. Merchio, *Juditha*, Marchionissa, *Otto* & *Henricus* filii eorum, *Wibertus*, Brandenb. Præpos. & Archidiaconus, *Reinerus* Præposito de Liezeke, *Badericus* Castellanus in Brandenborch, *Evericus* præfatæ ecclesiæ in Czechowe advocatus, *Hermannus* frater ejus, *Bodo*, de *Gummere*, *Johannes* de *Plote*, Gero, Gerbertus, Otto, Dat. in Brandenb. A. D. J. MCLXX. V. Cal. Jan. Indict. III. in nomine Domini. Amen.

sie B. Wilmarn zu Brandenb.

NB. Von eben dem Tage und Jahre ist die Urkunde des M. Otto I. über Czechow, darinn zwey Hufen daselbst und was er sonst für Rechte daran gehabt, die gedachter Evererus, oder Evericus zur Lehne getragen, dem Capitul vereignet werden. Die Zeugen davon sind: *Wilmarus* Brand. Ep. *Juditha* Marchionissa, *Otto & Henricus* filii ejus, und alle diejenigen, welche in der bischöflichen Urkunde aufgeführet werden. Sie ist auch in der Süßmilchischen Sammlung.

## 24.

## Bisch. Hubrecht zu Havelbreg vertauschet die Zehenden zu Wittenmohr, Borstel, Clöden und Dalchow, ꝛc. gegen Dolnitz, mit dem Stift Halberstadt. 1186.

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Hugebertus*, Dei Gratia, *Hav. ecclesiæ Episcopus*, omnibus Christi fidelibus tam futuri quam præsentis temporis in perpetuum. Notum sit omni fidelium universitati, quod ad commodum *Havelbergensis* ecclesiæ, & fratrum inibi Deo servientium, decimas quarundam villarum, *Wittemore* videlices, *Burstelle*, *Clodene*, *Dalchowe*, & mansorum septem, quorum quatuor in villa tenus (melius *Rebel*,) quæ sita est in prato, quod vulgo *Wisch* dicitur, item in prato, quæ *Atlende* vocatur, trium mansorum, tam nobis quam ejusdem ecclesiæ conventui pertinentium, quæ vel qui in Halberstadensis ecclesiæ diœcesi siti vel sitæ erant, per donationem villæ, quæ *Dolnitz* nominatur, commutavimus. Eandem enim villam prædictæ sc. Halberstad. ecclesiæ, una cum voto & adstipulationibus advocati nostri *Ottonis*, (Brand. March.) & fratris sui *Henrici Comitis* in recom-

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Die Copie setzt zur Jahrzahl 1168. Allein es ist offenbar, daß sie im Jahre 1186 zum wenigsten in die Regierung M. Otto II. gehöre.

compensationem prædictarum decimarum donavimus. Ut autem hoc factum nostrum robur sortire valeat, nec ab aliquo in contrarium venire volenti possit renovari, (melius, revocari) de autoritate & consensu nostri Præpositi *Hellemberti*, & totius Capituli nostri, scripto annotavimus, & sigilli nostri impressione consignavimus, statuentes, & sub interminatione excommunicationis firmiter prohibentes, ne quis ex parte ecclesiæ nostræ ullo unquam tempore audeat in contrarium venire. Acta sunt hæc A. D. J. 1168. (mel. 1186.) Ind. IV. Epact. XXVIII. concurr. II. sub testibus honestis viris, Clericis & Laicis. Clericis his Halberstadensis ecclesiæ Archidiacuno *Romano*, Havelberg. eccles. Præpos. *Hellemberto*, cum conventu suo, Jerichontunæ eccles. Præposito, Salomone, cum conventu suo. Laicis autem his, *Ottone Marchione*, cum fratre suo *Henrico* Comite, Comite *Alberto* de *Osterburg*, *Sigfrido* Burggravio de *Arneburg*, & filio ejus Conrado, Rochardo de *Schnedlingen*, Brunone de *Barleben*, Cunone *Camerario*, Warnhero de *Gardeleben*, Rudingero & Henrico de *Osterburg* & aliis quam plurimis.

## 25.

## Bisch. Balderams Bestätigungsbrief für sein Capitul zu Brandenburg. 1186.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Ego *Balderamus* D. G. *Brand. Eccl. Episcopus*. Quia in ecclesia B. Petri Apostolorum principis Brandenburch divina, ut spero, me promovere voluit gratia, justum est, ut eam modis omnibus quibus valeo, honorare & exaltare satagam, fratresque nostros ibidem Deo servientes consolatione fraterna foveam, eorumque justis & rationabilibus petitiouibus aures exorabiles præbeam. Eorum itaque justis precibus pie annuentes, bona Brandenburgensis ecclesiæ, quæ ei Prædecessores mei Episcopi, & seculares Principes, seu quælibet honoratorum sen privatorum personæ justo jam donationis titulo contulerunt, vel ad huc collaturæ sunt, nos autoritate Dei omnipotentis, & B. Petri Apostolorum principis, & Dn. *Urbani* Papæ, & nostra confirmamus, & præsentis paginæ munimine stabilimus. Imprimis ergo collaudamus & confirmamus, ut *Canonici Ordinis Præmanstrasensis*, qui secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam ab Episcopo beatæ memoriæ *Wigero* in ecclesia S. *Godehardi* in villa *Parduin* dignoscuntur prius constituti, postmodum vero a Venerabili Episcopo *Wilmaro*, consillio & auxilio Dni. *Wichmanni* Magd. Archiep. atque Marchionis *Alberti*, & filii ejus Marchionis *Ottonis*, in sedem episcopalem urbis Brandenburch sunt transpositi, & usque ad nostra tempora laudabiliter conversati, inconvulsi permaneant. Omne etiam jus Canonicum, quod Cathedrales

les ecclesiæ Saxoniæ juste & rationabiliter debent habere, eisdem Canonicis confirmamus, videlicet, ut obeunte eorum Pontifice in electione futuri Episcopi cum *Præposito* suo, qui & *Episcopalis sedis Archidiaconus* est, primam habeant vocem, nullusque eis invitis per aliquam subreptionis fraudem, vel per violentiam præponatur, sed quem concors fratrum cum Præposito assensus, vel pars sanioris consilii, de gremio ipsius ecclesiæ elegerit, ipse obtineat. Si autem in ecclesia eorum persona ad Pontificalem dignitatem non invenitur idonea, quod facile fieri non speramus, alias idonea persona ab eis libere assumatur. Sancimus etiam, ut *Archidiaconatum Episcopatus*, totius videlicet *terræ de Havela versus Orientem* usque *Oderam*, item versus *Occidentem*, usque ad aquam, quæ *Tla* dicitur, dilectus filius noster *Henricus*, qui in præsentiarum *Brandenburch Præpositus* habetur, & sui successores indivisum & imminutum perpetua stabilitate obtineant. Præterea confirmamus ei & successoribus suis *bannum* de subscriptis Burchwardis, sc. *Scartowe*, *Mokerne*, *Louburch*, excepta ecclesia *Dalechowe*, *Buchowe*, *Gorceke*, *Ridicke*, *Wesenburch*, *Beltiz*, *Niemich*, *Juterbuch*, *Dame*; item curam animarum urbis *Brandenburch*, quæ eos jure Episcopalis sedis contingit, & Episcopus *Wilmarus*, cum eos in eam transponeret, suusque successor *Sifridus* Episcopus, eis recognovit, & concessit, & nos etiam recognoscimus & stabilimus. Item decernimus, ut ecclesia S. *Nicolai* in *Borch*, quæ est filia matricis ecclesiæ S. *Mariæ* in eadem villa *Borch*, sicut hactenus ad Archidiaconatum Brandenb. pertinuit, sic de cetero pertineat, & ut nullus eas ab eodem banno separet, autoritate nostra & banni nostri interdicto prohibemus. Notum etiam esse volumus, quod curam animarum de ecclesiis, quæ ad usus prædictorum fratrum pertinent, vel in futurum adhuc nostra, Deo volente, & aliorum donatione pertinebunt, *Henrico* Præposito & suis successoribus in perpetuum concessimus. Ecclesiam etiam *Werchiezere* (Verchea) in Burchwardo nostro *Prizerwe* sitam, cum capella *Merzane*, ei attinente, decimam quoque totam *Plusezin* super *Zuche* sitæ, quam *Sifridus Burggravius* pro anima patris sui nobis resignavit, in usus eorundem fratrum dedimus. Quam villam idem Burchgravius Marchioni *Ottoni* resignavit, qui eam pro anima patris & matris suæ cum omnibus attinentiis in usus prædictorum fratrum contradidit. Hæc & alia bona, tam a Prædecessoribus meis Episcopis, quam Principibus, & aliis fidelibus ecclesiæ Brandenb. collata, & ipsorum Episcoporum, & gloriosi Imperatoris *Fritherici* privilegiis firmata, nos quoque autoritate Patris & Filii & Spiritus Sancti, præsenti scripto, & sigilli nostri impressione firmavimus. Si quis

hanc nostram confirmationem temere infregerit, vel mutaverit, si immonitus non resipuerit, condignæ poenæ hic & in futuro subjaceat. Fiat, fiat. Amen. Hujus rei testes sunt *Henricus* ejusdem ecclesiæ *Præpositus* & Archidiaconus, *Riguinus*, Prior, *Winandus*, Cellarius, totusque conventus, *Baldewinus* in Goreeka, *Otto* in Trechwitz, *Marcilius* in Roschowe, *Hermannus* in Nauen, Sacerdotes, *Otto* ejusdem urbis *Marchio*, fratresque sui, *Henricus* sc. *Comes* in *Gardelege*, *Albertus* in *Arneburg*, *Sifridus Burchgravius*, *Joannes de Plote*, *Burchardus de Plotezeke*, *Conradus* in *Lindowe*, Otto, Rudolphus, Gero, Theodoricus, Bartholomæus. Acta sunt autem hæc in urbe Brandenburch, A. D. J. MCLXXXVI. Indict. IIII, Epact. XXVIII. Concurr. II.

## 26.

## M. Otto II. und Gr. Heinrich von Gardeleben vereignen dem Capitul zu Brandenburg Reinoldsdorff, rc. 1187.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. Secundus *Otto*, *Marchio* Brandenburgensis, & frater ejus, *Comes Henricus de Gardelegen*. Quæ bene & rationabiliter ad honorem S. *Petri* in *Brandenburg*, nec non ad utilitatem fratrum in eadem ecclesia Deo militantium facta sunt, ut rata & inconvulsa permaneant autoritate nostra confirmamus. Considerantes autem ex largitate elemosynarum salutem animarum plerumque consistere, villam *Reinoldesdorp*, in terminis provinciæ quæ *Zucha* nuncupatur, ob nostri memoriam, & parentum nostrorum apud eosdem fratres in perpetuum habendam, eidem ecclesiæ tradidimus ex consensu, & voluntaria collaudatione *legitimorum nostrorum hæredum*. Quod ut immutandi omnibus posteris nostris auferamus occasionem, scripto commendari, & sigilli nostri impressione corroborari præcepimus, legitimam facientes exfestucationem. Orationum autem, quæ pro hac impensa apud eosdem fratres fiunt elemosynæ particeps esse volens, illo tempore in eodem Burgo Comes *Sifridus*, honestæ & disciplinatæ juventutis, quæ fructuosam polliceri solet ætatem, prætaxatam villam, quomodo eam de manibus *principum* prænominatorum jure tenebat feodali, ipsis *principibus* resignavit, & ita principes proprietatem suam, ipse quoque Burggravius omnem usum villæ forinsecus & intrinsecus, & cum omnibus attinentiis prædictæ contulerunt ecclesiæ, similiter ad Burggravii & parentum suorum memoriam apud eos perpetualiter habendam, ita tamen, ut advocatia in eum & in suos legitimos hæredes revertatur.

Wer waren die, ausser Gr. Albrecht v. Arneburg? Niemand, als Hr. Bernhard, u seine etwa noch lebende Brüder, die sich also des Rechts an die Marck, wegen des Titels von Sachsen, nicht konnten begeben haben.

Ex edicto quoque institutione tam principum, quam ipsius *Comitis Burgi*, quorum parentes primo terminos ejusdem ecclesiæ, sicut & filii secundo, multa sangui-

ſanguinis gentilium aſperſione irrigaverunt, & eccleſiam Dei in eis pro poſſe ſuo plantaverunt, quæ adhuc ab eorundem gentilium incurſu frequenter moleſtatur. Tertia pars villæ præmemoratæ ad luminaria tantum & ad reliqua cuſtodiæ neceſſaria immutabiliter devolvenda eſt; Duæ autem ad fratrum præbendas ampliandas. Quod ut immutabile ſimiliter a ſuis poſteris permaneat, hanc nobilium & illuſtrium virorum præſentiam traxit in teſtimonium, *Adelberti*, filii Marchionis de *Miſene*, Comitis *Friderici* de *Anvort*, *Waleri* de *Arnſten*, *Cunradi* filii Burggravii, *Sifridi* de *Arneburg ex familia ipſius Marchionis*, Winrici Capellani, *Hermanni* Scriptoris, *Cunonis* Capellani. Sunt autem facta. A. D. J. MCLXXXVII. Summum pontificium in ſancta Romana eccleſia regente *Vrbano* III. regnante feliciter *Friderico* Romanorum Imperatore inviƈtiſſimo, in metropoli Magdeburg Wigmanno Archiepiſcopo, in Brandenburg Balderanio Epiſopo, Henrico exiſtente Præpoſito, Martino Priore, in eadem eccleſia.

## 27.

## B. Balderam zu Brandenburg beſtätiget das Kloſter Lietzke in ſeinen Gütern und Rechten, beſonders im 2ten Archidiaconat, und Stimme bey der Biſchofswahl, im Jahr 1187.

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Balderamus*, D. G. *Brand. Eccl. Epiſc.* Ordinatione divina venerabiles, & Deo digni prædeceſſores noſtri *Wiggerus*, *Wilmarus*, & *Sifridus*, Brand. Eccl. Epiſcopi ſanctam congregationem religioſornm fratrum ſub regula B. Auguſtini, ex inſtitutione reverendiſſimi Dni. *Norberti*, Magdeb. Archiep. in monte B. *Mariæ Liezecke* ad ſervitium Dei adunatam tempore noſtræ mortalitatis per nos in via Dei dirigendam, nobis quaſi hæreditaria ſucceſſione reliquerunt. Nos itaque eorundem devotioni pro parvitate noſtra Domino annuente ſubſervientes, præfatæ congregationi omnimodum affectum noſtrum inclinavimus, & ut in æterna quiete Deo vacent exteriorem inquietudinem ab eis, quantum in nobis eſt, amovere dignum duximus. Inde eſt, quod prædia & poſſeſſiones, quas prædeceſſores noſtri, aliique quilibet fideles eccleſiæ B. Mariæ in Monte *Liezeke* divinæ remunerationis obtentu contulerunt, autoritate Dei confirmamus; locum videlicet ipſum, in quo clauſtrum ſitum eſt, cum ſilva contigua, eccleſiam in villa *Liezeke* cum omnibus ſuis appendiciis, cenſum fori, & ejusdem fori fundum, ac *villæ veteris*, omnemque decimationem in eisdem locis degentium, tam de bonis Domini *Gerberti*, quam cæterorum, & tam de *vineis*, quam de agris & pecoribus, fundum

dam quoque *vinearum*, cum decimis earum; villam, quæ dicitur *Lodeburch*, cum censu & decimis, & cum omni servitio, quod Episcopo exinde debebatur, ipsiusque villæ ecclesiam, cum reliquis præfatæ villæ appendiciis, alias etiam villas tres, *Niendorp*, *Gowene*, *Lochow*, & ejus ecclesiam cum censu & decimis, earumque pertinentiis. Præterea villa quæ *Cicerne* dicitur, cum censu & decimis, & suis appendiciis, sc. quædam curia, quæ *Colebik* dicitur, & villam *Vzekesdorp*, quæ in terminis *Ciceerne* continentur. Duas quoque partes decimæ de IV. villis *Cidemik*, *Erkholt*, *Sylitz*, *Predele*, totamque decimam in villa *Crusowe*, quam sc. villam jam dicti fratres a Marchione *Alberto*, consensu filiorum suorum comparaverunt, mansum unum in villa *Slantitz* & *Wezorph*, ejusdem villæ *Slantitz*, duas etiam partes decimæ villarum *Cluzow* & *Britzin*, cum silva quæ *Brudene* dicitur, & *Mosbruke*, quæ per manum Episc. Wilmari in concambio pro *Gottowen* præfatæ ecclesiæ datæ sunt. Villam quoque *Dulgesytz*, quæ nunc *Gloyna*. vocatur, cum silvis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, cultis et incultis, cum (mel. in) villa, quæ *Velle* dicitur, solventem octo solidos, sex mansos in villa *Mulinge*, quos Dominus *Gerbertus*, & uxor piæ memoriæ *Bertha* consensu hæredum suorum, jam dictæ ecclesiæ contulerunt. Sciendum etiam est, quod fratres ecclesiæ ipsius, bona quædam præfati Gerberti, petitione conjugis sui Berthæ & consilio nobilium & ministerialium nostrorum per concambium de manu nostra susceperunt, curiam videlicet in Villa *Liezecke*, propre ecclesiam sitam, vineam & prædium eidem curiæ contiguum, cum omnibus suis appendiciis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, & suis omnibus attinentiis, duos quoque mansos, & dimidium *Zebekeræ*, pro quibus tertiam partem decimæ frugum de duabus villis *Meterne* & *Slantitz*, & *Wosop* de viginti mansis (in Slantitz) nobis versa vice dimiserunt, decimam vero pecorum, & altilium de jam dictis villis in usus proprios retinuerunt. Attestamur etiam scripto præsenti, quod memorati fratres, curiam quandam villæ *Twergowe* contiguam, a Dno. *Wigmanno*, Magd. Archiep. Scarinensi jure comparaverunt, cum silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, & omnibus suis attinentiis. Præterea confirmamus eidem ecclesiæ B. Mariæ in monte *Liezeke* parochiales ecclesias illi pertinentes, cum villis, quæ jure Christianitatis Sacerdotibus suis etiam partem decimæ persolvere debent, quarum hæc sunt nomina; parochia *Liezeke*, cum villis attinentibus, *Musowe*, *Zebekere*, & duabus villis, quæ uno nomine *Kokeburne* nominantur, *Slantitz* & *Meterne*, a quibuscunque colonis inhabitentur, eidem ecclesiæ tertiam partem decimæ, tam de vineis, quam de agris persolvent; ecclesiam

quoque

quoque *Cidemik*, cum tertia parte decimæ trium villarum, sc. *Cidemik*, *Chinowe Pæmelitz*, & reliquis suis attinentiis, ecclesia Bochowe, ad quam pertinet villa *Quabitz*, licet ibi ecclesia ædificari permissa sit, *Wiveri* quoque & *Verenzib*, *Tachovelle*. Sciendum quoque est, quod *Præpositus* ecclesiæ B. Mariæ in monte *Liezeke* a prædecessoribus nostris simulque a nobis curam ecclesiarum & *Archidiaconatum* tenet, & *vicem Episcopi gerit in omnibus ecclesiis*, quæ infra *Albiam* & *Havelam* continentur, ab ortu ipsius *Havelæ* usque ad terminum ejus; ab ortu vero Havelæ sursum deficientibus terminis per subscriptor Burchwardos eundem *Archidiaconatum* determinantes, præsenti scripto communivimus, totum videlicet Buchwardum *Loburs* (Loburg) præter duas villas *Lubas* (Lubars,) *Zeiass*, quas Havela excludit, Burchwardum quoque *Wisenburk*, & circa Albiam *Cosswitz* (Coswick) *Dobin*, *Wittenberg*, *Zane*, *Alstermunde* cum omnibus ecclesiis suis, intra hosce terminos constitutis. Hoc quoque operæ prætium est huic paginæ inserere, quod in *electione* Episcopi *post Præpositum Brandeburgensem*, qui *primam* in electione *vocem* habet, *secundam Præpositus* in monte *Liezeke* habeat, *deinde utriusque ecclesiæ canonici* libere eligant, *sicut* justitia dictante *mos obtinuit omnium cathedralium ecclesiarum*, *Plebani* vero *Sacerdotes*, rationabiliter & juste eorum electioni debitum assensum exhibeant. Sicut etiam ante tempora nostra statutum fuit, sic & nos Deo autore statuimus, ut *si* peccatis exigentibus, sive paganorum incursu, sive quocunque casu *Brandenburgensis ecclesia desolata fuerit*, *prærogativa electionis cum administratione Archidiaconatus*, & cum aliis, si quæ sunt, ad *ecclesiam* B. Mariæ in monte *Liezeke* transeat, quousque præfata ecclesia Brandenb. restauretur, & sic per omnia pristinam suam recipiat dignitatem. *Sacerdotum* in eodem *Archidiaconatu* decedentium *equitaturam optimam*, mantelium, pellicium, superpellicium, juxta consuetudinem Magdeburgensis ecclesiæ, & suffraganearum ecclesiarum, prædicto *Archidiacono* remota occasione (forte oppositione) dari præcipimus. Si quis vero fidelium de Episcopatu nostro, sive undecunque locum sepulturæ apud sæpe dictam ecclesiam expetierit nulla ecclesiastica secularisque persona id inhibere præsumat. Monachos etiam, in Episcopatu nostro degentes, ad quos cura animarum non spectat, confessiones audire, poenitentes absolvere, mortuos sepelire, sine consensu *Archidiaconi* & Sacerdotum, quibus cura commissa est, omnino prohibemus. Super hæc omnia statuimus, ut nullus advocatus præfatæ ecclesiæ fratres & colonos infestare, aut res eorum auferre præsumat, & secundum jura a Marchione *Alberto*, & filio ejus *Ottone*, præscripta, in quarumlibet executione causarum memoratæ ecclesiæ defensioni, spe remuneratio-

Es ist dis undeutlich, und scheint wol der Ursprung der Havel nur von d. Einfluß der Spree an gemeint zu seyn; denn das Archidiaconat des Domprobstes ging jenseit der Havel oberhalb Spandow.

So waren denn damals noch heidnische Wenden in der Marck.

nis æternæ deserviat. Et ut hæc omnia rata perpetuo & inconvulsa permaneant, autoritate Dei & B. Apostolorum Petri & Pauli, Domini quoque Papæ, & nostra, cuncta quæ huic paginæ inscripta sunt, sub anathemate confirmamus, ipsamque paginam signaculo sigilli nostri signamus. Hujus facti mei testes sunt, *Wigmannus* Magd. Archiep. *Everhardus*, Merseb. *Bartoldus*, Cicensis Episc. *Mauritius* Misnensis Ep. *Hubertus*, Havelb. Episc. *Rucherus* Præp. Majoris eccles. *Vlricus*, Præp. B. Mar. *Theodoricus*, Præp. S. Nicolai, *Henricus*, Præpos. S. Sebastiani, *Guntherus*, Præpos. de Gratia Dei, *Henricus* Præp. de Brandenb. *Robertus* Sacerdos, *Daniel* Sacerdos, *Balduinus* Sacerdos, *Thietmarus* Sacerdos, *Eilmarus* Sacerd. *Gerardus* Sacerd. *Vlricus* Sacerd. *Simon* Sacerd. *Volpertus* Sac. *Bernardus* Dux Saxoniæ, *Otto Marchio de Brandenborth*, *Henricus* Comes de *Gardeleve*, *Albertus* Comes, *Walterus de Arnestein*, *Siffridus de Thorneburch*, *Badericus* frater ejus, *Conradus* Advocatus, Richardus, Henricus, Gumpertus, *Johannes de Plote*, Hermannus de Plotzeke, Fridericus Præfectus, Hermannus & filius ejus, Gerardus de *Burne*, *Conradus de Schulenburg*, Otto de *Ursleve*,

Auscultata est præsens copia per me Arnoldum Kramptzo Clericum civitatis Halberstadensis, publicum sacra Imperiali autoritate Notarium, & concordat cum suo originali sigillato, quod attestor manu propria.

## 28.

## Juramentsformuln M. Ottons II. und seines Bruders Gr. Albrechts, bey ihrer Uebergabe unterschiedener ihrer Lande an Magdeburg zur Lehne. 1197.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Ego *Otto Brandenburgensis Marchio*, data fide promitto, & juramento confirmo, quod donationem prædiorum meorum, quæ ecclesiæ Magdeburgensi tradidi, ratam tenebo, & in omni jurisdictione & foro seculari, ubi necesse fuerit, eandem donationem, secundum quod jus fuerit, stabiliam & legitime confirmabo, & de ipsis bonis ecclesiam Magdeburgensem contra omnes, qui eam super his impetiverunt, secundum justitiam *Warenthabo* bona fide, sine fraude pro jure ecclesiæ staturus. Sic me Deus juvet & sancti ejus.

Ego *Albertus* Comes data fide promitto, & juramento confirmo, quod donationem prædiorum meorum, & fratris mei, quæ ecclesiæ Magdeburgensi tradidimus, ratam tenebo, & in omni Jurisdictione & foro seculari, ubi necesse fuerit, eandem donationem, secundum quod jus fuerit stabiliam & legitime confirmabo, & de ipsis bonis ecclesiam Magdeburgensem contra omnes, qui eam super his impetiverint, secun-

ſecundum juſtitiam *Warenthaba* bona fide, ſine fraude pro jure Eccleſiæ ſtaturus. Sic me Deus juvet & ſancti ejus.

Die andern Urkunden von dieſer Sache ſind in dem 1ten Bande der Beckmanniſchen Beſchreibung der Churmarck Brandenburg, welche auf allen Rathhäuſern und in jedermanns Augen und Händen ſind; brauchen alſo hier nicht noch einmal geliefert zu werden. Man wird uns auch entſchuldigt halten, andere Urkunden, als von Stendal, Disdorf, u. d. g. zu liefern, die in dieſem ſo bekannten Werke zu finden ſind.

## 29.

## M. Otto II. nimmt das Dom-Capitul zu Brandenburg in ſeinen Schutz. 1197.

J. N. S. E. J. Tr. Vita religioſorum, ut Deo libere & pacate ſervire valeat, cum bonis ſuis, quæ poſſidet, ſine quibus corpus corruptibile nullatenus transigitur, a legitimis ſibi conſtitutis in hoc ſeculo protectoribus juſte & pie defenditur, ne ab impiis & importunis hominibus infeſtetur. Quapropter ego *Otto* D. G. hujus nominis *ſecundus*, *Marchio* in *Brandenburg* eccleſiam B. Petri, principis Apoſtolorum, Præpoſitum, Canonicos, & eorum ſucceſſores in Brandenburg, regulam Ordinis Præmonſtratenſis profitentes, quos *Wilmarus* piæ memoriæ Brandenburgenſis eccleſiæ *tertius decimus* Epiſcopus, conſilio & auxilio Domini *Wichmanni* S Magdeb. eccl. Archiepiſcopi, & magno ſtudio patris mei *Ottonis* Marchionis Brandenburgenſis, & aliorum principum quam plurium, de civitate *Parduwin* in epiſcopalem ſedem, in urbem videlicet *Brandenburch*, *quæ eſt caput Marchiæ* noſtræ, in qua nunc Deo militant, transpoſuit, ſub protectione mea, pro eo quod in præfato Marchiæ ſunt conſtituti, ſecure ſuſcipio. Quoniam quidem dignum eſt & juſtum & ſatis uſitatum, unumquemque hominem caput ſuum defenſare, curare, & ſpecialibus libertatibus munire, ut capite ſecuro cætera membra ſint ſine periculo. Ea propter libertatem, quam Clericis Imperialis ſanctio divinitus per ora principum promulgata permiſit, ſeu etiam Canonica conſtitutio contradidit, & ego *Otto* eidem eccleſiæ, Præpoſito, & Canonicis perpetuo jure inconvulſam manere diſcerno. Inſuper homines ſubditos, & familiam eccleſiæ Præpoſiti & Canonicorum prædictorum ab omni ſervitio, executione, petitione, contributione, angaria, parangaria, thelonio, hoſpitiis & vexationibus a quibuscunque perſonis in perpetuum liberos, & perpetua tranquillitate gaudere permitto & ordino. Præterea grandis lucta contra ſervos Dei præparatur, dum hi, qui divinis obſequiis ſe tradiderant, a bono contemplationis abſtracti, judiciis ſecularibus adeſſe

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

adesse compelluntur. Quibus utique super ecclesiis, personis ecclesiasticis & rebus ecclesiæ temporalibus & spiritualibus invadendi, detinendi, arestandi, judicandi, vel quolibet alio modo nulla sit attributa potestas. Iniquum enim est & sacrilegii instar, ut quæ pro salute & requie animarum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit aut reliquerit, ab his, quos maxime servare & defendere conveniat, in alterum transferatur. Ob hoc pro animæ meæ, parentum & quorumcunque successorum meorum, animarum salute sempiterna, præfatis ecclesiæ Præposito & Canonicis specialem gratiam & libertatem donando & appropriando indulgeo in perpetuum. Quicunque huic meæ donationi, ordinationi & appropriationi in posterum contraire, vel factum illud verbo vel opere infringere temere attemptaverit, decem libros auri purissimi præfatæ ecclesiæ Brandenburgensi, totiens quotiens contra factum irremissibiliter persolvat. Et ut hæc omnia & singula præsentibus & futuris temporibus perpetue perseverent, præsens scriptum roboravi meo sigillo. Hujus rei testes sunt, quorum nomina sunt hæc, *Norbertus* Episcopus, *Godeschalcus* Cellarius, *Baldewinus* Custos, Riguinus, Walterus, Heinricus, Cesarius, Canonici eccles. Brand. Ego *Otto Marchio* in *Brandenburch*, Henricus de *Plawe*, Richardus de *Lindowe*, Heinricus de *Stegelitz*, Heidenricus *Leo*, frater ejus Vdo, *Everardus*, Advocatus in *Spandow*, *Fredericus* Advoc. in *Brandenburch*, & alii quam plures. Acta sunt hæc in urbe Brandenburch, A. D. J. MCXCVII. indict. XV. concurr. II. Epacta nulla, præsidente sedi Apostolicæ Domino *Cœlestino*, regnante vero Domino gloriosissimo Romanorum Imperatore *Heinrico*. Amen.

Henricus Bodendyck, Officialis curiæ Brand. petente Arnoldo Præfecto Canonico eccl. Brand. procuratore Heutzonis Præpositi, transcribit hoc diploma, cujus describit sigillum, Brandenb. A. D. MCCCLXXXV. Indict. VIII. Pontif. Urbani VI. Ao. VII. Febr. 8. præsentibus *Arnoldo Muzelitz*, & *Henrico Groten*, Canonicis Brandenb.

Es muß dem Capitul dieser Schutzbrief noch nicht genug geschienen haben; daher scheint er uns in dem folgenden verwandelt zu seyn, dessen Eingang fast eben so lautet.

## 30.

## Näher bestimmter Schutzbrief Marckgr. Otto I. und seines Bruders Gr. Albrechts zu Arneburg für das Capitul zu Brandenburg.

1197.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. *Otto* D. G. hujus nominis *Secundus Marchio* in *Brandenburch*. Vita religiosorum ut Deo libere & pacate servire valeat, cum bonis suis,

ſuis, quæ poſſidet, ſine quibus corpus corruptibile nullatenus transigitur, a legitimis ſibi conſtitutis in hoc ſeculo protectoribus, ne ab impiis & importunis hominibus infeſtetur, juſte & pie defenditur. Qua propter Canonicos S. Petri in Brandenburch, Apoſtolorum principis, regulam ordinis Præmonſtratenſis profitentes, quos *Wilmarus* piæ memoriæ Brandenburgenſis eccleſiæ *tertius decimus* Epiſc. conſilio & auxilio Domini *Wichmanni* S. Magd. eccl. Archiepiſcopi, & magno ſtudio patris mei *Ottonis*, Brand. Marchionis, & aliorum principum quamplurium, de civitate *Parduin* in Epiſcopalem ſedem, in urbem videlicet *Brandenburch*, quæ *eſt caput Marchiæ* noſtræ, in qua nunc Deo militant, transpoſuit, *Ego & frater meus Albertus*, *Comes in Arneburch*, ſub umbra protectionis noſtræ, pro eo quod in juris noſtri ditione ſunt conſtituti, quam tempore noſtræ fragilitatis adminiſtramus, ſecure ſuſcepimus, & quibuscunque modis potuimus, eorum tenuitati & inopiæ ſubvenire & abundantia noſtra ſtuduimus. Ad inſtantiam itaque dilecti noſtri *Henrici Præpoſiti* Brandenb. & *Archidiaconi*, eccleſiam *Coſethyn* cum doti ſua, ſc. duobus manſis in agris villæ *Clebelok* ei deſignatis, & ad eandem eccleſiam in conſecratione dotis nomine confirmatis, & tribus areis in eadem villa *Coſethyn*, quas Sacerdos *Theodoricus* de manibus laicorum, ſub teſtimonio Villanorum, redimens, in unam aream redegit, & quidquid noſtri juris eſt, in eadem eccleſia *Coſethyn* in eorundem fratrum uſus in Brandenburch, ob ſpem divinæ remunerationis contulimus, cum capella *Clebelok*, eidem matrici eccleſiæ in Coſethyn attinente Epiſcopo Brandenb. curam animarum, & tertiam partem decimæ ejusdem eccleſiæ *Coſethyn*, & villarum ad eam pertinentium, videlicet *Clebelok* & *Poratz*, & alterius Slavicæ villæ *Poratz* & *Stulp* benigne conferente. Similiter & eccleſiam *Marchowe* cum dote ſua, ſc. duobus manſis, & quicquid juris noſtri in ea eſt, eisdem præfatis Canonicis ad profectum futuræ noſtræ ſalutis, ad quam ſuſpiramus contradidimus, Ep. Brandenburgenſe curam animarum & tertiam partem decimæ ejusdem eccleſiæ *Marchowe*, & villæ *Markede*, attinentes ei, conferente eisdem fratribus. Inſuper villam *Pluſetzin*, quæ alio nomine *Reinoldestorp* olim dicebatur, quam *Sifridus Caſtellanus* in Brand. in beneficio a nobis tenuit, pio accenſus deſiderio nobis reſignavit, eisdem prænominatis fratribus, cum omnibus appendiciis ſuis de patrimonio noſtro, libero donationis titulo, *conſentientibus cohæredibus noſtris*, pro anima patris & matris noſtræ, ac pro ſalute animarum noſtrarum aſſignavimus, Epiſcopo Brand. curam animarum, & tertiam partem decimæ ejusdem eccleſiæ *Pluſetſin* eis conferente. Præterea quæcunque bona pater

f noſter

noster *Otto* March. in Brand. & prædecessores nostri, & nos eidem claustra contulimus, rata & illæsa permanere statuimus. Quicunque autem huic nostræ collationis paginæ contraire in posterum, vel factum hoc ausu temerario infringere attemptaverit, condignæ pœnæ hic & in futuro subjaceat, & decem libras auri purissimi Cameræ Imperatoriæ Majestatis persolvat. Ut igitur firma & stabilis nostra donatio præsentibus & futuris inviolabiliter perseveret temporibus, omnem ambiguitatem removentes, præsens scriptum sigilli nostri impressione communivimus. Hujus rei testes sunt, *Norbertus*, Ep. Brand. & ego, Marchio in Brand. *Otto*, & frater meus *Albertus* Comes in *Arneburch*, Præpositus *Henricus* Brandenb. & Archidiaconus, *Prior Henricus*, cum toto conventu in Brandenburch, *Hermannus* Sacerdos de Nawen, *Walterus* Sacerd. de Harlemgate, *Gozwinus* Sacerdos de Marchowe, *Marsilius* Sac. de Pusyn, *Theodoricus* Sac. de Cosethyn, *Sifridus* Castellanus de Brand. & frater ejus *Badericus* Comes in *Dorenburch*, *Dapifer Henricus*, *Rudolphus Pincerna*, *Everardus* Advocatus in *Spandowe*, *Fridericus* Advocatus in *Brand. Henricus* Advocatus in *Vorlande*, *Urbani Brandenburgenses*, videlicet *Rudolphus* de *Weddinge*, *Henricus* de *Stegelitz*, Conradus, Henricus, Albertus, *Alexander* Advocatus *Sifridi* Castellani, & alii quam plures. Acta sunt hæc in urbe Braudenburch. A. D. J. MCLXXXXVII. Epacta nulla, Indict. XV. Conc. II. V. Kal. Jan. regnante gloriosissimo Rom. Imperatore *Henrico*.

## 31.

## Pabst Innocentz befreyet den Bischoff und das Capitul zu Brandenburg von den willkührlichen Bannurtheilen der päbstlichen Bothschafter. 1200.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

*Innocentius* Servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Brandenburgensi salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium favore benevolo prosequi consuevit, & devotorum personas, quas in devotione sua promptas invenerit & ferventes, quibusdam titulis decentibus decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam ad nos & Romanam ecclesiam habere dignosceris, sentias tibi favorem Apostolicum non moidcum accrevisse, autoritate tibi præsentium indulgemus, ut nullus delegatus vel subdelegatus, executor aut etiam conservator autoritate sedis Apostolicæ vel Legatorum ipsius in Te, seu ecclesiam tuam execrationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare, & interdicere Tibi ingressum ecclesiæ valeat, absque speciali mandato sedis

ejusdem, faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, &c. Datum Lugduni XII. Kal. Aug. Pontificatus nostri Anno tertio.

## 32.

## Pabst Innocentz versichert das Capitul zu Brandenburg, daß niemand ohne besondern Befehl des römischen Stuhls ihm aufgedrungen werden solle. 1200.

*Innocentius* Episcopus, Servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo, & dilectis filiis, Capitulo Brandenburgensi salutem & Apostolicam benedictionem. Paci & tranquillitati vestræ ac Brand. Ecclesiæ paterna volentes in posterum sollicitudine providere, autoritate vobis præsentium indulgemus, ut ad recipiendum aliquem in Canonicum, vel Provisionem alicujus in pensionibus seu præbendis vel dignitatibus, aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli, autoritate sedis Apostolicæ vel Legatorum ipsius minime valeatis, absque speciali mandato sedis ejusdem faciente plenam de Brand. ecclesia & hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, &c. Dat. Lugduni XII. Kal. Aug. Pontif. nostri anno tertio.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

## 33.

## Grav Guntzel II. und Henrich von Schwerin beschenken den Johanniter-Orden mit Godin. 1200.

*Gunzelinus* Comes in *Zverin* & frater ejus *Henricus*, dilectis *fratribus Hospitalibus* S. *Johannis* in *Jherosolima*. Quia caritatis opera posterorum recordatione digna per antiquitatem temporis a memoria viventium in oblivionis exilium peregrinari possunt; ideo tali negligentiæ salubriter occurrere volentes creatori nostro licet immodico bonæ voluntatis nostræ devotionem exhibitum in præsentium — — — scribi, sigilli nostri impressione fecimus communiri. Villam itaque *Godin* cum omnibus attinentiis suis, & cum omni jure, præter judicia sanguinis, universum quoque dotem ecclesiæ in *Ekellen*, olim assignata pro remedio ac salute animæ nostræ, & animarum patris, matris & fratrum nostrorum, eo videlicet tenore contulimus vobis, ut prædicti agri & eorum cultores a communi servitio, quod ad constituendam urbem vel ad parandam debetur, & ab omni exactione, præter eam, quam terræ defensio poscit, libere maneant & exemti. Testes autem hujus aderant Gwlithelmus, Geroldus de *Ekellen*, Godefridus de *Fri-*

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

*berge*, Switherus, Fridericus, Giſelbertus, Fridericus Haſencop. Acta ſunt hæc A. D. MCC.

34.

## M. Otto II. beſchenkt das Capitul zu Brandenburg mit Crelin und andern Gütern. 1204.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. *Otto* D. G. hujus nominis Secundus Marchio in Brandenburg, notum facio univerſitati fidelium, tam præſentium quam futurorum, quod ob ſpem divinæ remunerationis eccleſiæ B. Petri, principis Apoſtolorum in Brandenburg, & Præpoſito Canonicis & eorum ſucceſſoribus in Brand. do & trado villam *Crelin*, mihi a *Bernhardo* de *Plozeke* voluntarie reſignatam, cum decimis, *pacta*, (Pacht) cenſu, ſervitio, advocatia & omnibus appendiciis. Præterea *Mokzow*, cum *duobus tractibus* in ſtagno verſus & penes *Mokzow*, cum piſcationibus *antiquæ Mokzow* & cum parvis piſcaturis in ſtagnis, quæ dicuntur *Middelſey* & *Plewenſee*, ac gurguſta, ſeu piſcium capturas, quæ dicuntur *Carpwere* (Karpfenhalter) & proprietatem aquæ directæ in ſtagno a talibus gurguſtis, ſeu piſcium capturis, 240 pedum in longitudine, & latitudine libere cum omni piſcatione. Inſuper duas lacunas, unam in *Obula* in ſuperiore parte *capni*, aliam lacunam S. *Spiritus* in ſtagno *ſecus hoſpitale* cum eorum tractibus & gurguſtis ſeu piſcaturis, prope pontem de *Cracow* cum libertate & plena poteſtate, talia gurguſta *Carpwere* & prope pontem de *Cracow* prædicta meliorandi, ſportas in eis ponendi, & alia de novo gurguſta in eisdem conſtruendi, pro dictorum eccleſiæ Præpoſiti & Canonicorum utilitate, ſicut eis utile videbitur, ſine omni & cujuſcunque contradictione, cum aquis, aquarum accurſibus & decurſibus, piſcium liberis tranſitibus, de paludibus ſtagno, Obula, & lacunis prædictis, cum pratis, paſcuis, graminibus, paludibus, lignis, virgultis, terris, campis, agris, cultis & incultis, ſtratis viis & inviis, exitibus & reditibus, cum omni ſervitio & advocatia, limitationibus, & eorum pertinentiis, forinſecus & extrinſecus univerſis; quia Eccleſia, Præpoſitus & Canonici prædicti hæc omnia ex donatione meorum prædeceſſorum eis olim facta per multos annos libere & juſte poſſederant, Ego *Otto* Marchio prædictis recognoſcendo & innovando eisdem trado & confirmo cum plenitudine hæreditatis & proprietatis perpetuis temporibus libere habendum, nihil mihi hæredibus & ſucceſſoribus meis reſervando in eisdem omnibus & ſingulis præmiſſis. Quicunque vero huic meæ traditionis & confirmationis paginæ in poſterum contraire, vel eam infrin-

infringere attentaverit, 20 libras auri puriſſimi eccleſiæ Brandenburgenſi irremiſſibiliter parſolvat. Ut ergo hoc factum meum a memoria hominum non recedat, præſens ſcriptum ſuper hoc dando ſigilli mei impreſſione roboravi. Hujus rei teſtes ſunt, *Balduinus* Præpoſitus, *Walterus* Prior in Brandenburg, *Henricus* ibidem Canonicus, *Robertus* Canonicus in Havelbergo, *Robertus* Plebanus in Gorzeka, *Herwigus* Capellanus Marchionis in Brandenburg, *Henricus* Advocatus in Brandenburg, & *Henricus* Pincerna. Acta ſunt hæc in urbe Brandenburg. A. D. J. MCCIV. Epact. XVII. Indict. VII. Concurr. II. VIII. Id. Januar. Amen.

## 35.

## M. Albrecht II. beſchenkt das Stift Havelberg mit Borch und Cowal. 1208.

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Albertus* D. G. Brandenburgenſium Marchio. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod Ego *Albertus* D. G. Brandenburgenſium Marchio inter principes terræ, more floris mane virentis, veſpere areſcentis & in pulverem ſuum revertentis, in vana converſatione conſtitutus terrena cœleſtibus, temporalia æternis commodis præferenda eſſe fide cordis credo, & verbis oris affirmo. Proinde *Havelbergenſem eccleſiam*, Parentum meorum, *Alberti* videlicet & *Ottonis*, fratrumque meorum *Ottonis* & *Henrici* ſtudiis optimis promotam, & eorum eleemoſynis in collatione prædiorum copioſe ſatis ampliatam, devotione paterna, quaſi debito hæreditario ad me transfuſa, quantum potero conſolari & fovere invigilabo. Inde eſt, quod expedita devotione duas villas, *Borch* & *Cowale*, ſibi contiguas in *Burchwardo* Havelbergenſi, B. *Mariæ* in Havelberg, ſanctoque *Laurentio*, ad comparanda mihi cœleſtia pro terrenis, obtuli, quatenus ibidem deſervientes eas cum omni jure poſſideant, & de proventibus earundem villarum, & omnium eis attinentium agrorum paſcuorum & nemorum conſolationem conſequantur, eo quod pro benefactoribus ſuis tam vivis quam defunctis jugiter intercedere teneantur. Accepimus etenim ſecuritatem hujus donationis ex privilegiis *Henrici Bavenbergenſis* & *Conradi* Regis, & *Friderici* Imperatoris, qui prædictam eccleſiam in hunc modum privilegiaverunt, ut *princeps Marchiam tenens*, de *poſſeſſionibus ad Imperatoriam dignitatem pertinentibus* eccleſiam Havelbergenſem ſublimare, & Deo ibidem ſervientium ſtipendia poſſit ampliare. Ne igitur ullus hominum prædictam eccleſiam in prædictis villis moleſtare præſumat, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione munivimus. Hujus

donationis testes sunt, *Sigebodo*, ejusdem eccl. Episcopus, *Engelbertus* Præpositus, *Weseelmus* Prior, cum toto fratrum suorum collegio. De Laicis vero *Henricus* Comes de *Zoirin*, *Tidericus* Dapifer, *Fridericus* Advocatus, *Tidericus* miles de *Osterburg*, *Sclavi nobiles* H-nricus *Prizzlaniz*, *Pribbezlaus* & *Andreas* fratres. Item milites *Reinherus* & *Fridericus* fratres de Hindenburg, *Bodemerus* Miles, *Conradus* Miles, & alii quam plures. Acta sunt hæc Havelberg VIII. Id. Jul. A. D. J. MCCVIII. in Domino feliciter. Amen.

## 36.

## M. Albrecht II. bestätigt dem Stift Brandenburg alle seine Güter. 1209.

NB. Weil hier der Brandenburgischen Kirche nichts neues verliehen, und nur alle vorhergehende Schenkungen kürzlich angeführet, und versichert worden, so sey uns erlaubt, bloß den Anfang, und das Zeugen Verzeichniß, mit dem Schlusse beyzubringen.

J. N. S. E. J. Tr. *Adelbertus Secundus* D. G. Marchio in Brandenburg. Dignos remuneratione perpetua de Domini & Salvatoris nostri Christi Jesu speramus misericordia, quos caritas ad proximorum, maximeque Deo militantium irritat & impellit sublevandam necessitatem & inopiam, grandis siquidem contra servos Dei lucta praeparatur cum his, qui divinis obsequiis se totos dederant, a bono contemplationis abstracti litibus forensibus adesse compelluntur. Ea propter ut omnis controversiae materia conquiescat, notum fieri dignum duximus, quod nos ob spem divinae remuerationis Ecclesiam Cathedralem in urbe Brandenburch. p. p.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Hujus rei testes sunt *Guncellinus* Brandeb. Praepositus & Archidiaconus, *Henricus* Camerarius, *Theodoricus* Scholastiaus, *Rudolphus* Cellarius, Gernocus, Henricus, Sacerdotes, & Brandenb. Canonici, *Balduinus* de *Lenyn* quondam *Abbas*, *Henricus* Canonicus S. Sebastiani in Magdeburch, Godefridus, Arnoldus, *Henricus*, *Canonici in Stendale*, Borchardus de Neclium, Jonas de Osterborch, Sacerdotes. Laici *Theodoricus Dapifer*, Ervinus in *Brandenborch*, Albertus in *Spandowe*, *Advocati*, & alii qnam plures, Clerici, Milites & Laici. Acta sunt haec A. D. J. MCCIX. Epact. XII. Indict. XII. Concurr. III. XV. Kal. Novembr. Regnante Domino *Ottone* Romanorum Imperatore, in nomine Domini nostri Jesu Christi Amen, Actum Brandenburch, feliciter. Amen.

37. K.

## 37.

## K. Otto IV. und M. Albrechts II. Vereinigung und Bündniß, zur Behauptung des Reichs für den ersten. 1212.

Haec est forma unionis, qua se Dominus *Otto*, Romanorum Imperator, & *Albertus*, Marchio Brandenburgensis confoederando colligarunt. Imperator Marchioni data fide manu in manum sicut Imperialis excellentiae certitudinem decet facere, promisit se mediatorem studiosum & efficacem inter Regem *Daciæ*, (Daniae) & ipsum *Marchionem* & *Sclavos* existere. Si vero medium *Marchioni* competens non invenerit, promisit *Regi Daciæ* suisque fautoribus *dedicere* & *Marchioni* contra ipsos & contra omnem hominem firmum & constans auxilium cum effectu portare. E contra *Marchio* promisit Domino Imperatori in terminis sibi finitimis, praecipue in *Saxonia* & *Thuringia contra omnem hominem, ad conservandum ei imperium* quantum vires & facultates ipsius admittunt, fideliter servire. Idem & *viginti familiares Marchionis*, quorum nomina subscripta sunt, sub forma subscripta juraverunt: Aus der Gundlingschen Sammlung.

Si *Marchio* promissum infregerit, *Imperator* ipsum super voti violatione conveniet. Accepta conventione *Marchio in præsentia Imperatoris* productis utrobique conscriptis innocentiam suam probabit. Si in probatione defecerit, ab inde infra sex septimanas viginti Sacramentales *Brunswick* intrabunt, & inde non exibunt, nisi per consensum Domini Imperatoris. Sine vinculis tamen & captivali custodia manebunt. Nomina Sacramentalium *Henricus* Comes *de Suerin*, Jazecho, Fridericus *de Hasselle*, Theodoricus & Henricus fratres de *Osterborch*, Burcardus *de Kocstede*, Albertus *de Niendorp*, Gerardus *de Belitz*, Ivo *de Giesenslage*, Albertus *de Burnfeld*, Rudingerus de *Puilingene*, Friedericus *de Buch*, Arnoldus *Sac*, Conradus & Henricus *de Saltwedel*. Ut autem haec forma rata teneatur & inconvulsa placuit utrique, *Imperatori* sc. & *Marchioni* praesentem paginam, quae pacti certum manet indicium, inde conscribi, & appensione Sigilli communiri. Acta sunt haec A. D. J. MCCXII. Indict. XV. apud *Wicense* (Weissensee) in castris his testibus præsentibus, *Adolpho* & *Ludolpho* Comitibus de *Dassela*, Bernhardo de *Dorstadt*, *Hermanno* & *Henrico* Comitibus de *Harterberge*.

## 38.

## B. Balduin zu Brandenburg bestätiget das Nonnenkloster zu Zerbst. 1214.

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Bathuinus* D. Grat. *Brandenb. Episcopus*. Ne ob labantis temporis cursum aut per oblivionis caliginem, ea, quæ pia fidelium devo- Aus der Süßmilchischen Sammlung.

tione

Eine Urkunde, die wegen des alten Geschlechts der Hrn. v. Zerbst zu merken ist.

tione rationabiliter disponuntur, dampnosa in posterum contrarietas intercipiat, operæ pretium rati sumus interpontre scriptæ nostra, quæ hæc posteritati elucident & distinguant. Notum itaque facimus universis Christi fidelibus, tam futuris quam præsentibus, quod nobilis matrona, Domina videlicet *Ida*, & filii ejus, sc. *Richardus*, *Henricus* & *Fredericus* de *Scerewist*, divinæ remunerationis obtentu, in proprietatis suæ fundo, prope ipsum oppidum, ubi *hospitale pauperum* hactenus exstitit, *Cenobium Sanctimonialium*, quæ secundum regulam B. *Benedicti* Deo jugiter famulantur, aliarumque feminarum, quæ ejusdem professionis existunt, in *nigro habitu*, cantu & in victu ritum teneant, exstruxerunt, possessiones, quæ aliquando dicto hospitali fuerunt assignatæ, de Dni. *Alberti* S. Magdeburg. ecclesiæ Archiepiscopi, Apostolicæ sedis Legati, nostroque consilio eidem monasterio conferentes, sc. XXIII. jugera prati, mansum & dimidium agrorum, tria arbusta prope *Ankun*, in molendino, quod situm est inter ipsum claustrum & oppidum ante dictum, VIII. *Choros* siligines, duos choros tritici, ac duos porcos, XII in hebdomadibus impinguandos, nec non & vivarium piscium, cum graminum omnium usu. In villa quoque *Stokelitz* X. choros siliginis, & todidem avenæ, iu villis etiam, quæ *Leptow* uno nomine nuncupantur, V. choros ordei, & in loco, qui *Muchele* dicitur, gregem pascendi liberam facultatem, duos denarios annuatim de fossato claustrali curiæ adjacenti, & villam quæ *Leukensdorp* dicitur, cum omnibus suis reditibus, tam in censu, in quam alio universo ministerio, talentum quoque unum in thelonio *Scerwist*. In villa etiam quæ *Poghelsvorde* nominatur, I. chorum siliginis, & X. solidos annuatim, ecclesiam etiam in *Lyzkow*, & filias suas in *Jiterchow* & *Bernardisdorp*, ecclesiam in *Bornem* & filias in *Prybene*, & III. talenta annuatim *Scherwistensi* in moneta in *Ankun*, quæ jam dictum cenobium XXXVIII. marcis comparavit erga *Dominum Henricum civitatis* supradictæ. Adjunctum est nihilominus in hac serie constitutionis, quod decima omnium quæ impræsentiarum Cenobium possidet, vel quæ in futuro quorumlibet largitione fidelium, seu aliis justis modis Domino concedente poterit adipisci, alimoniæ & usibus pauperum impendantur. Cum igitur ex officio pastorali personas diligere religiosas, eisque nostrum teneamur præsidium impertiri, præfatam constitutionem & constitutionis dispositionem firmam perpetuam & inconvulsam, volumus permanere, ipsi sigilli nostro signaculo roboratum transmittimus notitiæ posterorum, ne quis eam infringat autoritate Dei, & B. Apostolorum Petri & Pauli, ac nostro sub anathemate prohibemus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hæc: *Henricus* Abbas in *Lenyn*, *Wilhelmus* Abbas in *Cenna*,

(Chorus wird ausdrücklich in einer andern Urkunde, dieses Klosters v. Bisch. Balduin durch Winscepelle, oder Winspel erkläret, ist also in Brandenburgischen Urkunden kein bloßer Malter.)

*na*, *Sifridus* Brand. Præpositus in *Liezeke*, Magister *Balduinus*, & Gerbertus *Canonicus* S. Sebastiani in Magd. *Nicolaus*, Plebanus in *Jezere*, *Herwigus* de S. Barthol. *Henricus* de S. Nicolao, *Conradus* de Ankun, *Plebani* in *Scherewist*, Laici, Gumbertus de *Wesenburch*, Richardus de *Plaue*, Gimpertus de *Loyburg*, Arnoldus de *Trebin*, Burchardus de *Brezene*, aliique quam plures Clerici & Laici. Datum Jezera per manum Alexandri notarii nostri, V. Id. Jun. A. J. D. MCCXIV. Indict. 2. Pontificatus nostri A. VII.

## 39.

## B. Balduin zu Brandenburg erhöhet die Kirche zu St. Marien zu Coswick zu einem Dom- und Collegiatstift. 1215.

J. N. S. & J. Tr. *Balduinus* D. G. ecclesiæ *Brandenb. Episcopus*. Ad religionem plantandam & cultum divini nominis augmentandum, ex debito officii nostri tenemur operam adhibere, ut per nostri laboris studium honor Dei accipiat incrementum, ut nos proinde a patre misericordiarum salutis perpetuæ valeamus præmium adipisci. Notum itaque facimus universis Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus, quod nos ecclesiam gloriosæ virginis *Mariæ* in oppido *Cosewic* constitutam aliquando filiam matricis ecclesiæ, sed nunc ab ipsa liberam, exemptam modis omnibus sublimare, & divinum in ea Servitium cupientes pro reverentia ejusdem Virginis ampliare, requisito consilio & assensu *Henrici*, Illustris *Comitis de Anehalt*, in cujus *proprietate sita dignoscitur* ecclesia memorata, intellecta etiam voluntate fidelis nostri, *Hoyeri Comitis de Valckenstein*, qui eundem fundum *tenet in feudo* a *principe ante* dicto, *Arnoldi* quoque *Plebani* ejusdem oppidi conniventia concedente, in eadem ecclesia *Canonicos quinque* Deo autore instituimus, præficientes eisdem *Decanum*, Plebanum videlicet ante fatum, qui præ aliis Canonicis de oblatione ejusdem ecclesiæ V. marcas argenti accipiet annuatim, quamdiu parochiam S. Nicolai, ad quam respicere debet cura populi de toto isto oppido, tenere voluerit. Cui si renunciaverit propria voluntate, ecclesiæ quinque marcæ absque dubitatione vacabunt, vacante autem eadem parochia quemcunque virum providum & discretum prædictus *Comes Hoyerus* elegerit, ad Personatum ipsius Ecclesiæ, & nobis obtulerit investiendum, ille curam eandem a nobis accipiet. Decaniam pariter Conventualis ecclesiæ possessurus, & in prædictis V. marcis nihil juris penitus habiturus; unicuique vero Sacerdotum, tam ipsi Decano, quam duobus reliquis in annuo stipendio quatuor libræ cedent, tribus libris Diacono & duobus Subdiacono deputatis. Oblationes autem, quæ hanc summam quotannis excesserint, feliciter

Aus der Gundlingischen Sammlung. Ist wegen der Fürsten von Anhalt u. der alten Grafen von Falkenstein merkwürdig.

g (ferte

(forte fideliter) conserventur, quousque de ipsis certi reditus valeant comparari, ut Canonicorum ipsorum exinde augmententur stipendia, in hunc modum: Quod sex libræ cuilibet Sacerdoti, quatuor Diacono, & tres Subdiacono absque diminutione proveniant, de oblationibus vero illis, quæ de jam dictis proventibus eorundem Canonicorum annis singulis superesse potuerint, possessiones & prædia comparentur, ut secundum præscriptam formam in ipsa ecclesia decem personæ valeant sustentari. Ut igitur hæc nostra constitutio, & constitutionis dispositio firma perpetua & inconvulsa permaneat, eam præsenti paginæ commendatam, sigilli nostri impressione roboravimus. Et ne quis eam infringere, vel ei ausu temerario contraire præsumat, autoritate B. Apostolorum Petri & Pauli & nostra sub anathemate prohibemus, adhibitis testibus idoneis quorum nomina sunt hæc: *Albertus* Magdeb. Archiep. Apostolicæ Sedis Legatus, *Sigebodo* Havelb. Episcop. *Henricus*, Abbas in Monte Magdeb. *Rudolphus* Abbas in *Lenin*, *Wilhebertus*, Abbas in *Cenna*, *Wichmannus* Præpositus S. Mariæ in Magdeb. *Bernardus* Præpositus in *Liezeka*, *Andreas* Præpositus in Jericho; Laici vero *Albertus Marchio Brandenburg. Albertus Dux Saxoniæ*, *Henricus* frater ejus *Comes* de *Anhalt*, *Bedericus Comes de Dorenburg*, *Conradus Comes* de *Valkenstein*, *Wernerus de Dobbin*, *Bedericus Castellanus* Brandenb. *Fridericus* de *Hasle*, *Burchardus* de *Bressne*, *Richardus* de *Plaue*, *Richardus* de *Scherewist*, & alii quam plures Clerici & Laici. Datum *Jezere* per manum Alexandri, Notarii nostri. X. Cal. Oct. A. J. D. MCCXV. Ind. III. Epact. nulla. Concurr. III. Pontificatus nostri anno VIII.

## 40.

## B. Balduins Bestätigungsbrief über den Dom zu Coswick. 1216.

J. N. S. E. J. Tr. *Balduinus* D. G. *Brandenb.* Ecclesiæ *Episcopus.* Admonet nos multipliciter, hortatur cura suscepti regiminis, & solicitudo pastoralis inducit, ut ecclesiis & personis ecclesiasticis, quæ a Deo nobis commissæ noscuntur, attentione vigili satagamus, utiliter providere, & justis eorum desidoriis faciprabeamus assensum, votaque ipsorum, quæ a rationis tramite non discordant, curemus perficere cum effectu. Ea propter notum esse volumus universis Christi fidelibus, tam futuris quam præsentibus, quod, cum de permissione voluntaria & consensu *Illustris Principis*, *Henrici Comitis* de *Ascharia* in ecclesia *B. Mariæ Virginis* in *Cossewitz* ad præstandum juge servitium Jesu Christo per nos sint *Canonici* instituti, ita quod *ipsi per sonas idoneas in Canonicos eligendi*, & præbendas suas, prout voluerint, administrandi, ab hujusmodi administratione ipsorum Præposito existente penitus

Aus der Süßmilchischen Sammlung. Zum Beweis daß die Kinder der Fürsten bey bloß Gräflichen Tituln gleichwol Fürsten gewesen, und dafür erkannt worden.

nitus alieno, liberam habeant facultatem. Idem *Princeps* proprietatem fundi, in quo noscitur ecclesia ipsa sita, villam quoque *Lozeke*, cum suis pertinentiis, consentiente fideli nostro, *Hoyero de Valkenstein*, qui eam jure tenuit feudali, ob spem vitae perennis libera donatione contulit ecclesiae ante dictae, a nobis ecclesiae ipsi datis dubus partibus decimae de jam dicta villa respectu coelestium premiorum. Nos igitur donationem *Principis* memorati, legitimorum hæredum conniventia rite actam, autore Domino confirmamus, nostram collationem futuris temporibus firmam & inviolabilem permanere volentes, instrumenti præsentis cum patrocinio communimus. Et ne quis tam nostræ confirmationis quam donationis paginam ausu temerario præsumat infringere, autoritate Dei & B. Apostolorum Petri & Pauli, Dni Papæ quoque ac nostra sub anathematis interminatione firmiter inhibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hæc: *Sigbod* Havelb. Episc. *Rudolphus* Abbas in *Lenin*, *Wilhelmus Abbas* in *Cenna*, *Sifridus*, Præp. Brand. Reinerus in Liezeke Præp. *Alexander*, B. Mariæ in Magd. Canonicus, *Ecbertus* Canon. S. Sebast. in Magdeb. Nicolaus. Plebanus in Jezere, *Albertus* Dux *Saxoniæ*, Wernerus de *Suselitz*, *Albertus* de *Arnesten*, & *Gevehardus* frater ipsius, *Didericus* Castellanus Brand. Fridericus de *Hasle*, Burchardus de *Brezne*, Richardus de *Plaue*, Gumpertus frater ejus, Richardus de *Scherewist*, Arnoldus de *Starworde*, Arnoldus de *Plaue*, aliique quam plures, Clerici & Laici. Dat. Prizerwe III. Kal. Jul. A. D. MCCXVI. Indict. IIII.

Der Abt zu Linna hieß in voriger Wilhebertus.

## 41.

## B. Siegfried II. zu Brandenburg bestätigt dem Capitul zu Brandenburg seine Güter und Rechte. 1217.

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Sifridus* D. G. Brand. Eccl. Episc. Ordinatione divina venerabiles & Deo digni Praedecessores nostri *Wilmarus*, *Sifridus*, *Balderamus*, *Alexius*, *Norbertus*, *Baldewinus*, Brand. Episcopi sanctam *congregationem Regularium Canonicorum* sub Regula B. *Augustini*, & institutione Reverendissimi Dni. *Norberti* Magd. Archiep. in urbe Brandenburg, in sedem Episcopalem, quam piae memoriae *Otto* Imp. fundavit, ad servitium Dei adunatam, tempore mortalitatis nostrae per nos in viam Dei dirigendam nobis quasi hæreditaria successione reliquerunt. Nos itaque eorum devotioni pro parvitate nostra Dno annuente subservientes, praefatae congregationi omnimodum affectum nostrum inclinavimus, & ut interna Domino quiete vacent, exteriorem ab eis inquietudinem duximus amovendam. Inde est, quod eorum justis precibus pie annuentes jura & consvetudines honestae, nec non & bona, quae eis, praedecessores nostri ejusdem Ecclesiae Episcopi,

In der Süßmilchischen Sammlung.

pi, seu Principes seculares, seu quaelibet honoratorum vel privatorum personae justo jam donationis titulo contulerunt, vel adhuc collaturae sunt, nos autoritate Dei omnipotentis, & B. Apostolorum Petri & Pauli, in quorum honore eadem ecclesia constructa est, & Dni Honorii Papae, & nostra quam a Deo habemus, confirmamus, & praesentis paginae munimine stabilimus. Imprimis siquidem decernentes, ut eadem ecclesia juxta primam sui institutionem, tamquam ecclesia Cathedralis libera sit, & perpetuis permaneat temporibus, nullaque seu secularis, seu regularis ecclesia nihil omnino quacunque occasione jurisdictionis sibi in ipsa ecclesia usurpare praesumat; sed sicut ecclesia eadem tantum antecessoribus nostris, ita quoque nobis & successoribus sit subjecta. Correctionis quoque disciplinæ regularis, & morum reformationes eorundem Canonicorum, quae vires sui Praepositi excesserint, juxta antiquam & hactenus observatam consuetudinem, & Lateranensis statuta Concilii, per nos & successores nostros, nullo penitus interjecto appellationis obstaculo corrigantur. Collaudamus ergo, & confirmamus, ut dictus *Ordo Canonicorum Regularium*, qui secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam in jam dicta ecclesia dignoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Possessiones vero & bona, quae eadem ecclesia autore Deo possidet, confirmavimus eidem, in quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda. Locum ipsum, in quo præfata ecclesia sita est, *medietatem* videlicet urbis *Brandenburch*, cum omnibus suis pertinentiis, aquis scil. aquarumque decursibus, exitibus & reditibus. Curam etiam animarum totius urbis Brandenburch, quae eidem ratione sedis cathedralis, a bonae memoriae *Wilmaro* ipsius eccles. Episcopo est collata, & ab ipsius successoribus, usque ad nostra tempora est confirmata. Ecclesiam quoque B. *Godehardi* in *forensi villa Parduin* cum dote sua, in qua primitus iidem Canonici a piae memoriae *Wiggero*, Ep. Brand. fuerant instituti, a qua postmodum per sanctae recordationis *Wilmarum* dictae eccles. Epis. in urbem Brandenburch sunt transpositi, ipsam inquam ecclesiam S. Godehardi, cum tota parochia ipsius villae, & novo ponte toto, & medietate antiqui pontis, eidem parochiae adjacentibus, nec non & tertiam partem decimarum ipsius villae, tam frugum quam animalium, & aliarum rerum, juxta quod parochiales ecclesiae per nostram Diœcesin percipere consueverunt. Ecclesiam etiam S. *Mariae* in monte, qui *Harlungeberg* dicitur, cum tertia parte decimarum ex *adjacentibus vineis*, & ecclesiam S. *Nicolai* in *Lucheberge* cum dote sua & uno manso, & tertia parte decimarum ipsius villae ad praedictam parochiam in *Parduin* pertinentium, & si quae aliae ecclesiae infra eandem parochiam fuerint in posterum ædifica-

Die Altstadt Brandenburg.

aedificatae. Sex quoque arearum fundos, in ipsa villa *Parduin* a fidelibus oblatos. Hospitale etiam pauperum, in jam dicta villa *Parduin*, juxta pontem de *Cracowe* situm, cum ortis, (hortis) & omnibus suis attinentiis cultis & incultis. Tres quoque areas cum ortis (hortis) suis & pomariis in villa *Cracowe*. Duas insuper lacunas, unam in superiore parte urbis Brandenburch, & aliam juxta Hospitale sitas. Centum etiam mansos in *Zucha* sitos, quos bonae memoriae *Otto* senior Marchio Brandeb. pro animabus patris sui, matris & uxoris suae *Juditha Marchionissa*, eorum filiis *Ottone* & *Henrico* consentientibus de patrimonio suo obtulit saepe dictae ecclesiae, cum omnibus pertinentiis suis, cultis & incultis, silvestribus & palustribus, aquis, aquarum decursibus; & quinque modios majoris mensurae salis, annuatim Brandenburch in thelonio accipiendos. Villas quoque *Garzelitz*, *Muselitz*, *Bultitz*, *Kik* & *Gorne*, cum decimis & omnibus pertinentiis earum, cultis & incultis, aquis aquarum decursibus, silvestribus, palustribus, cunctisque utilitatibus, cum duobus lacubus inter *Gorne* & *Siloe* sitis; ecclesiam etiam inter *Verchiezere* in territorio *Pritzerwe* sitam, cum dote & areis suis, & duobos mansis, & tertia parte decimarum totius villae. Villam insuper *Martzane* cum tota decima, & omnibus pertinentiis suis silvestribus, palustribus, cultis & incultis, cuunctisque utilitatibus, & ecclesiam ejusdem villae cum dote sua & uno manso ad ecclesiam in *Verchiezere* pertinentem. Villas quoque *Mukzowe*, *Tremene*, & *Thure*, cum decimis & omnibus appendiciis earum, cultis & incultis, silvestribus & palustribus. Ecclesiam etiam in *Thure* cum dote sua & tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus. Item *Scadebauresdorp*, & totam decimam villarum *Crelin* & *Bauresdorp*, tam frugum, quam animalium, ecclesiam in *Golitz*, cum dote sua & duobus mansis, & tertia parte decimarum ipsius villae, & tertiam partem decimarum villae *Wachowe*, cum duobus mansis pertinentibus ad ecclesiam in *Golitz*. Ecclesiam etiam in *Niebede*, cum dote sua & duobus mansis & tertia parte decimarum ipsius villae. Et ecclesiam in *Swanebeke*, cum dote sua & tertia parte decimarum ejusdem villae pertinentem ad ecclesiam in *Niebede*. Ecclesiam quoque in *Zachowe*, cum dote sua & duobus mansis, & tota decima ex aquis eidem villae adjacentibus, nec non & decimam eorum totam, & tertiam partem decimarum de villis ad ipsam ecclesiam pertinentibus, videlic. *Loditz*, *Parne* & *Werdere*; molendinum quoque in *Klinke*, cum area sua, aquis quoque & aquarum decursibus; Villam insuper Damme dictam a bonae memoriae *Rodolfo* de *Jericho* Marchioni Ottoni seniori resignatam & ab ea cum omnibus ad ipsam pertinentibus, cultis & incul-

incultis, ſilveſtribus, paluſtribus dictae eccleſiae Brandenb. oblatam, & decimas omnes ejusdem villae a piae memoriae *Wilmaro*, ipſius eccleſ. Ep. in uſus eorundem fratrum conceſſas. Totam inſuper villam *Plutzin* in *Zucha* ſitam, cum eccleſia ipſius, & omnibus decimis & omnibus appendiciis, cultis & incultis, paluſtribus & campeſtribus. Villam quoque *Sconto* dictam, in qua ſunt XXX manſi, cum decimis & omnibus appendiciis ſuis, cultis & incultis, compeſtribus & paluſtribus; Eccleſiam quoque in *Markowe* cum dote ſua & duobus manſis & tertia parte decimarum ejusdem villæ, & villæ *Markede*; Eccleſiam quoque in *Catſin*, cum dote ſua ſc. duobus manſis in agris villae *Clebelok* ei deſignatis, & ad eandem eccleſiam in conſecratione dotis nomine confirmatis, & tribus areis in eadem villa *Cotſin*, quas Sacerdos *Theodoricus* de manibus laicorum ſub teſtimonio villanorum redimens in unam aream redegit; Capellam etiam in *Clebelok*, eidem matrici eccleſiæ in *Cotſin* attinentem, cum dote ſua, & tertia parte decimarum ejusdem villae, tertiam quoque partem decimarum dictae eccleſiae *Cotſin*, & villarum ad eam pertinentium, videlicet *Stolp* & *Porets*, & alterius Sclavicae villae *Porets*. Eccleſiam quoque in *Oyne* cum filia ſua, videlicet eccleſia in *Goldisdorp*, cum areis & manſis & tertia parte decimarum earundem villarum, & villarum *Modelendorp* & *Canisdorp*, a praedeceſſoribus noſtris bonae memoriae *Norberto* & *Baldewino* Epiſcopis dictae eccleſiae oblatam. Vineam etiam eorundem Canonicorum in monte Harlungorum, verſus orientem, in ipſius montis latere jacentem. Confirmamus inſuper dilecto filio *Alverico*, dictae eccleſiae Praepoſito ejusque ſucceſſoribus curam animarum de eccleſiis, quae ad uſus dictorum Canonicorum inpraeſentiarum pertinent, aut in poſterum pertinebunt, concedentes ut earundem eccleſiarum fructus, prout expedire viderint, in uſus proprios convertant. Liceat quoque ipſis in eisdem eccleſiis juxta quod ab anteceſſoribus noſtris eſt conceſſum, de fratribus ſuis viros idoneos inſtituere *Plebanos*, qui curam in ipſis gerant animarum. Praedeceſſorum quoque noſtrorum veſtigiis inhaerentes, rationabiles & honeſtas conſuetudines & jura dictae Brandenb. eccleſiae nihilominus duximus confirmandas. Obeunte ſiquidem ipſius eccleſiae antiſtite, in ſucceſſore ejus eligendo juxta morem aliarum eccleſiarum Cathedralium Saxoniae, ipſius eccleſiae Canonicos liberam habere decernimus electionem, nullusque eis invitis per ſurreptionem aliquam proponatur, ſed ille in ipſa eccleſia locum & officium Pontificis obtineat, quem unanimi voluntate, vel de conſilio majoris & ſanioris partis ejusdem eccleſiae Capituli de gremio ipſius eccleſiae vel aliunde viderint eligendum. Aliae vero *Conventuales eccleſiæ* & Plebani ipſius diœceſeos

non

non se faciendae electioni aliquatenus ingerere praesumant, sed consensum electioni canonici factae praebeant. Sanximus insuper, ut *Archidiaconatum Brandeburgensem* de *Ketyn* & *Rynowe* usque *Juterbok*, *Jezzant* & *Dame* versus meridiem, & terræ de *Haveland versus Orientem, usque ad flumen quod Odera dicitur*, & quantumcunque illuc idem Episcopatus in posterum fuerit ampliatus, item versus Occidentem usque ad flumen, quod *Tla* dicitur. Praeterea de Burchwardis *Scartowe*, *Mokerne*, *Louborch*, excepta ecclesia de *Dalechowe*, ecclesiam quoque S. Nicolai in *Borch*, quae ultra *Tlam* sita est, & quod filia sit eccl. S. Mariae in *Borch*, ad ipsum Arcidiaconatum, juxta quod hactenus est observatum, decernimus pertinere, *Jesere* quoque, *Gozeke*, *Bukowe*, *Beltitz*, *Nimic*, *Bricene*, *Belitz*, *Sarmunt*, *Trebin*, *Lukenwolde*, *Parchem* quoque, *Gentin*, *Milau*, *Plaue*, *Pritzerve*, *Ratenowe*, *Vrisac*, *Belin*, *Cremme*, *Bochzowe*, *Cedenic*, & in quantum ab ea parte diœcesis se extendit, & quaecunque territoria vel villae infra hos terminos in posterum fuerint aedificatae, sicut eum ipsius ecclesiae Praepositi hactenus rationabiliter possederunt, ita quoque ipsum indivisum & absque diminutione qualibet in perpetuum obtineant, & infra praenotatos terminos jurisdictionem ordinariam exerceant, corrigentes & reformantes in Clericis & Laicis & Sacramentis ecclesiasticis quae correctione & reformatione viderint expedire, obedientes foveant, & confortent, rebelles vero & contumaces corrigant & emendent, ne sanguis eorum de ipsorum manibus requiratur. *Parochianorum* quoque in eodem Archidiaconatu *decedentium vestes meliores*, cum superpellicio, *equum optimum* cum suis pertinentiis, juxta morem Magdeburgensis ecclesiae & suffraganearum ecclesiarum ejusdem metropolis, & consuetudinem hactenus observatam, praesenti scripto ecclesiae memoratae Praepositis confirmamus. Sciendum quoque est, quod dictae Brand. eccl. *Præpositus*, qui est Episcopalis sedis *Archidiaconus*, totius diœcesis in absentia Episcopi curam in omnibus gerit, tam in judiciis exercendis, & curis ecclesiarum conferendis, quam in aliis Episcopalibus negotiis procurandis. Mortuo etiam Episcopo nomine ecclesiae cathedralis ad usum futuri successoris non solum spiritualia, verum & temporalia administrat. Statuimus praeterea, *ne aliquis Plebanus* ipsius *Archidiaconatus* in ecclesia sua *Vicarium instituere* aut pensionem ei assignare *audeat*, *sine Propositi sui* convenientia & *consensu*. Decernimus insuper statuentes, ut dictae ecclesiae *Canonici* a festo S. *Paschæ*, usque ad Dominicam, qua cantatur, *Adaperiat*, *superpelliciis* tam in divinis, quam in claustro *continue utantur*, hyemali vero tempore, prout hactenus est observatum, Adjicimus insuper, ut siquis fidelium de Episcopatu nostro sive

Der heutige Barnim war also das östliche Haveland.

unde-

undecunque locum sepulturae apud ecclesiam ipsam expetierit, nulla ecclesiastica secularisque persona id praesumat aliquatenus inhibere. Item statuimus, quod sicut a longe retroctis temporibus observatum est, in die *Palmarum*, omnes *utriusque civitatis tam novae, quam veteris Clerici & Laici* cum solenni processione ad consecrationem palmarum, ad ecclesiam Cathedralem accedant, nec in aliqua ecclesia *civitatis utriusque* missa celebretur, quousque consecratio palmarum in ecclesia Cathedrali honorifice compleatur. Et quod in die *Ascensionis Domini*, & in festo Apostolorum *Petri & Pauli* cum solemni processione Cleri & populi *utriusque civitatis*, Cathedralis ecclesia quae in honorem B. Petri est fundata, solemniter visitetur. Si quis autem in dictis processionibus observandis impediendo & non servando ipsas contumax fuerit, & rebellis, Episcopus vel Praepositus Brandenb. ipsum animadversione debita, videlicet si Clericus fuerit Plebanus, per poenam suspensionis ab officio vel beneficio, si Laicus per sententiam excommunicationis corrigat, & emendet. Monachos vero in Episcopatu nostro degentes, ad quos cura animarum non spectat, confessiones audire, nisi eorum, qui apud ipsos decubuerunt, poenitentes absolvere, poenitentias injungere, mortuos sepelire, sine consensu ipsius Archidiaconi & Sacerdotum, quibus cura animarum est commissa, omnimodis prohibemus. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum nostrorum post factam in ipsa ecclesia professionem fas sit, absque Praepositi sui licentia de ipso loco discedere. Discedentem vero sine communi literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere, reversus vero sive de seculo, sive de alio claustro redierit, omnium tunc in eadem ecclesia existentium fiat novissimus, nec in conventu, nec in capitulo consentiendi vel contradicendi, sive etiam loquendi vocem habeat, nisi post condignam poenitentiam per actam de benignitate & consensu totius Capituli misericorditer fuerit restitutus. Statuimus insuper & sub poena excommunicationis prohibemus, ut nullus advocatus fratres ipsius ecclesiae ad judicium seculare trahere, aut colonos infestare, aut res eorum auferre, sive exactiones in ipsos quacunque occasione facere praesumat, sed in quarumlibet executione causarum memoratae ecclesiae defensioni spe remunerationis aeternae fideliter deserviat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessionis auferre, vel ablatos retinere, vel in ipsis violentiam exercere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ut autem haec omnia inconvulsa perpetuis permaneant temporibus, autoritate Dei omnipotentis, & B. Apostolorum Petri

&

& Pauli, Dni. quoque Papae Honorii, & noſtra quam a Deo habemus, cuncta quae huic paginae inſcripta ſunt, ſub anathemate confirmamus, ipſam paginam ſigilli noſtri munimine raborantes, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt haec; *Sigebodo*, Havelb. Ep. *Albertus* Marchio Brand. *Guncelinus* quondam Praepoſitus, *Heinricus*, Prior, *Rudolphus* Cellarius, *Thomas*, Cuſtos, *Baldewinus* Camerarius, *Godeſchalcus*, *Gernotus*, *Walterus*, Magiſter Hoſpitalis, Canonici ipſius eccleſiae, *Johannes* de *Grabow*, *Gerongus* de *Borch*, Nicolaus de *Jeſere*, Rubertus de *Gozicke*, *Alardus* de *Cyditz*, Euſtachius de *Glineke*, Amelricus de *Plawe* Plebani, Fridericus de *Hasle*, Erwinus de *Jezzant*, Conradus de *Stoltenhagen*, Rodolphus *Pincerna*, Borchardus de *Cocſtede*, Wernerus de *Alſtermunde*, Laici. Dat. Jeſere, A. J. D. MCCXVII. V. Cal. Jan. Pontificatus noſtri anno I. regnante Dno. Friderico Rege & Romanorum electo, Magdeburgenſi vero eccleſiae Dno. Alberto Archiep. feliciter praeſidente.

## 42.

## Gr. Guntzelin II. und Heinrich I. zu Schwerin, auch Gr. Niclas von Halland, vereinigen Zülow dem Johanniter Ritterorden, und der Comthurey zu Werben. 1217.

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Gozelinus*, Ego *Henricus* fratres & Comites in *Zwerin*, Ego *Nicolaus* Comes *Hallant* cum conjugibus noſtris, animadvertentes quam in hac vita nobis fecit magna Dominus, deſiderantesque nihilominus, quantum in æterna majora faciat, quamvis incondignam tamen quantulamcunque potuimus gratiarum actionem ipſi totius bonitatis largitori rependere, duximus utiliſſimum ad evidentiam noſtræ devotionis & deſiderii ſalutaris executionis fidele conſtituentes argumentum, quandam noſtræ poſſeſſionis particulam; non ignari, quia exhibitio operis probatio eſt dilectionis. Contulimus ſiquidem *Hoſpitali Transmarino*, quod in honore S. *Baptiſtæ* Chriſti beatis ipſius Chriſti pauperibus dedicatum novimus aſylum, *villam* quæ dicitur *Szulowe* cum ſuis attinentibus, videlicet agris, pratis & nemoribus, idem beneficium tali libertate fulcientes, ne quis ex eo decimam cenſus, exactionem, aut aliquid talium deinceps audeat extorquerere. Omnem namquam juſtitiam tam advocati, quam cujuslibet alterius judicis, & quicquid ſolet circa id quod vulgus vocare conſuevit Recht & Unrecht, prædictæ domui plenarie contulimus, cum uſibus primitivis. Hæc autem ad titulum & utilitatem Hoſpitalis ſupradicti *Heinrico Procuratori curiæ* in *Werben*, quæ ad idem pertinet

Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

Sie verdienet hier einen Platz, da ſie im Beckmanniſchen Werke ſich nicht befindet.

h Hoſpi-

Hospitale, & *Jacobo* Confratri *ejusdem curiæ* & *Sacerdoti*, ceterisque confratribus ibidem constitutis, & successoribus eorum procuranda condicimus in perpetuum, & percipienda in eadem libertate & eisdem terminis, quos prædestinaveramus *Teuthonicis* ibidem cultoribus a nobis constituendis. His autem statutis testimoniis veritatis perhibent non solum nostra sigilla, sed etiam viri fideles, videlicet *Magister Apollonius de Zwerin*, *Hermannus* noster Notarius, *Dapifer* Regis Daniæ, *Dapifer* Comitis *de Hallant*, *Gevhardus*, Miles de *Luneburg*, *Johannes* Vexillifer, *Constantinus* Dapifer. e. a. q. p. Dat. Zwerin, A. D. J. MCCXVII.

## 43.

## Des Abts Gervasius Schreiben an Bisch. Siboden zu Havelberg, wegen der Aufführung der Prämonstratenfermönche allhier. 1220.

### Fratris Sibodoni Havelbergensi Episcopo, Frater *Gervasius* Abbas Præmonstratensis.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Vir Venerabilis & specialis amicus noster, Mag. *Johannes* de *Grabo* ad nos veniens ex parte vestra & fratrum nostrorum qui in ecclesia & dioecesi vestra morantur nobiscum & cum quibusdam Coabbatibus nostris de compositione aliqua incunda inter nos ex una parte & prædictos fratres vestræ dioecesis ex parte altera satis diu tractavit. Demum vero in hoc convenimus, dum tamen recipiatur a vobis & a fratribus memoratis, quod iidem fratres vescantur carnibus, utantur calceamentis de aluta, & pelliciis in divinis officiis, & Vambiciis, in dormitorio sicut solent, non quod istas consuetudines approbemus, sed quod eas magis eligimus tolerare, quam fratres nostros taliter absterrere, quod quasi desperantes abjiciant obedientiæ jugum in suarum dispendium animarum. Verum quia idem Magister nec prædictas consuetudines, nec quasdam alias, quæ apud vos bonæ reputantur, forsitan & honestæ, scivit ita explanare ad unguem, quod certum judicium de ipsis habere possemus, tam ipsas quam alias, si quæ fuerint tolerabiles, in litteris vestris cum modo utendi iis plenius exprimendas, & nobis in nostro *generali Capitulo* exhibendas, tolerabimus, eo modo, quod renunciabimus omnimodæ potestati eos ad ipsas consuetudines dimittendas, vel ad alias recipiendas, nisi sponte, & qualibet sine coactione nostra, sicut ad nos per unitatem, ita per uniformitatem quandem revertantur, conscientia persuadente, salvo eo quod a quinquennio in quinquennium frequentent Capitulum Generale, & recipiant tam visitationes quam correptiones ordinis in prædictis consuetudinibus, si ipsis aliter, quam exiprmetur usi fureint, & in omnibus aliis

aliis, ad quas se obligabunt, quod in ipsis debeant nobis conformes esse; hoc & addito, quod intra Saxoniam tantum prædictis consuetudinibus utantur, nisi intra Saxoniam ipsam declinaverint ad Ecclesiam aliquam, quæ sit nobis omnino conformis ad præsens, aut velit se nobis processu temporis conformare. Si autem aliquis fratrum nostrorum, qui sunt nobis omnino conformes, sive causa visitationis, sive occasione itineris, sive alio quocunque modo transtulerit se ad ipsos, in refectorio & in infirmitorio, si infirmus fuerit, licite utetur cibis eorum in ecclesiis conventualibus. In aliis vero locis carnibus non vescatur cum eis, licet *cum magna indulgentia toleremus, quod vescatur, communibus eorum pulmentis*, aliquando ut fieri solet propter scandalum evitandum, dum *tamen in ipsis pulmentis carnes non appareant manifeste.* Super his omnibus deliberabitis licentius, & certificabitis nos melius quam feceritis hac vice, si placet, in nostro proximo Capitulo Generali. Nos autem habito jam consilio cum quibusdam, certissime credimus, quod in ipso Capitulo universos Coabbates nostros, licet cum aliqua, & fortassis cum multa difficultate, ad consentiendum tamen prædictis, inducemus fraternæ caritatis intuitu, & ad hoc ipsum specialiter, ut sæpe dicti fratres vestri scapularibus non utantur, & gaudeant eo modo psallendi, quem ad hæc usque tempora habuerunt; salvo tamen eo quod obligent se ad alia, quæ non erunt expresse excepta in quibus nec credimus, nec videmus, quod possint aut debeant aliqua ratione gravari.

---

# Urkunden
# zur Geschichte der Brüder M. Johann I. und M. Otto III. gehörig.

---

## 44.

### M. Mechtilde, als Vormünderin ihrer Söhne, M. Johann I. und Otto III. löset die Angefälle von Magdeburg, unter Beystimmung Gr. Heinrichs von Anhalt, als Mitvormundes. 1221.

Mechtildis D. Gr. Marchionissa, *Iohannes* & *Otto* filii ejus-notum esse volumus, quod cum post mortem Illustris Principis, Domini *Alberti*, Mariti ac Patris nostri Marchionis Brandenburgensis, adhuc nobis, *Iohanne* videlicet & *Ottone* — In Gebhardi Marchionibus aquilonalibus.

*Ottone* filiis ejus exiſtentibus infra annos, Sereniſſimus Dominus noſter & Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ, tutelam omnium feudorum, quæ idem Dominus & pater noſter ab imperio tenuit, ex morte ipſius, ſibi Dn. Imperator vacare dicebat, quæ *Anevelle* vulgariter appellantur Dno. Alberto Magdeb. Arch. per ſententiam Principum imperii commiſiſſet. Nos *Mechtildis* Marchioniſſa, & nos *Johannes* & *Otto* filii ejus tutelam ipſam a Dno. Arch. duximus redimendam, ſpondentes ei in redemtionem ejus 1900 Marcas argenti, Dn. etiam Arch. quasdam nobis conditiones in hanc formam ſervabit; cum reverſus fuerit Dn. Imperator ad partes Teutoniæ, ducet nos Dn. Arch. in expenſis ſuis competentibus ſub Ducatu ſuo ad Dominum Imperatorem, & reducet & faciet, & efficiet apud ipſum, quod nobis in ſolidum porriget omnia feuda quæ pater noſter in Imperiis tenuit, eo videlicet jure pariter ac honore, quo Principatus alii porriguntur. Nos *Henricus Comes Aſcaniæ*, qui *tutelam præfatorum Nepotum noſtrorum gerimus* ea, quæ promiſſa ſunt, pro ipſis nepotibus noſtris promiſimus obſervare. Acta ſunt hæc in villa *Bardeleve* XII. Kal. Oct. A. ab I. D. 1221.

## 45.

## Johann, Niclas und Pribislav, Herren von Meklenburg, ſchencken dem Johanniter-Orden Mirow. 1227.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung. NB. Dieſe drey Fürſten waren Johann der Theologe, Stifter der Meklenburgiſchen Linie, die noch blühet, Niclot I. der der die Werliſche Linie der Fürſten von Wenden, und Pribislav III. der die Parchimiſche geſtiftet, die mit ſeinem Sohn ausgegangen. Sie

J. N. S. E. J. Tr. Ego *Iohannes*, Ego *Nicolaus*, Ego *Pribislaus* fratres, Domini Magnopolenſes, omnibus in perpetuum. Quoniam hominis generatio præterit, alia ſubſequitur, plura priorum facta in tempore depereunt, cum tempore & oblivionis nubilo —— ſed ad cavendam hujusmodi negligentiam ea quæ rationabiliter geſta ſunt, ſolent ad memoriam perpetuam indicio ſcripti notabilis revocari. Hinc inde volumus ad univerſorum tam præſentium quam futurorum notitiam devenire, quod bonæ memoriæ pater noſter, *Henricus*, Dominus de *Roztoch*, dum quantum humana fragilitas permittebat præ oculis habens, pro ſuorum, ſuorumque venia peccatorum progenitorum *fratribus Hoſpitalis S. Iohannis* Bapt. in *Accon*, qui jugiter ibidem una cum reliquis fidelibus prœlia Domini prœliantur, ad ampliandam ipſorum ſuſtentationem, ipſis ad honorem Dei, S. Iohannis Baptiſtæ in terra *Turne* 60 manſos, ſpontanee ac libere remunerat (renuncians) juri ſuo, quod in eis habuit vel habere quatenus videbatur. Quia vero tota jurisdictio & hæreditas progenitorum noſtrorum ad nos devenit, quicquid Dno. Jeſu Chriſto a patribus noſtris ad gloriam ipſius laudabiliter eſt impenſum, nos pari voto factis eorum

rum consentientes, ratum habemus & inconvulsum, quicquid per eos dignoscitur esse factum. Insuper dictis *fratribus* Hospitalis S. Iohannis in terra *Turne* villam *Mirowe* cum 60 mansis, & stagnum *Mirowe*, & stagnum *Dammene*, & rivum qui fluit per stagnum *Mirowe* desuper & inferius assignamus, cum omni utilitate in agris & silvis, pratis & pascuis, aquis aquarumque decursibus, — pertinet, & exactionibus — servitiis, quæ vulgo *Borchwerk* & *Bruggewerk* nominantur, quemadmodum pater noster, omni juri nostro irrefragibiliter renunciantes. Ex his mansis 30 erunt in uno latere stagni, & ex altero 30. Ut autem hæc omnia rata permaneant & in perpetuum illibata, & per omne seculum inconcussa, dictos fratres præsenti scripto cum appensione sigilli nostri & cum subscriptis testibus duximus communire. Nullus autem hominum hanc nostræ donationis paginam audeat violare, si divinam voluerit effugere ultionem. Testes hujus sunt *Theodoricus* Præp. fratrum de *Dobrotin*, Godfridus, Theodoricus, Iohannes, Canonici de *Guzstowe*, Laici Zlawotech de *Malegowe*, Gotinus & Iohannes frater suus de *Hawelberch*, Vnislaus Castellanus de *Robbele*, Henricus *Gambera* Dapifer, Jordanus, Henricus *Grubo*, Bartoldus miles castelli de *Guztrowe*. Actum in *Guztrowe* A. C. MCCXXVII. 3. non. Decembr. Ind. I. datum per manus Conradi scriptoris.

waren Söhne F. Henrichs Burewin zu Rostock, und hatten noch einen Bruder, Henrich Burewin, der die Rostockische Linie fortsetzte.

## 46.

## M. Johann und Otto bestätigen vorstehende Schenckung von Mirow dem Johanniter-Orden. 1227.

J. N. S. E. J. Tr. *Iohannes* & *Otto* D. Gr. Marchiones Brandenburgenses omnibus in perpetuum Christianitatis suæ cultum memoriter ostendunt, qui ecclesiam Dei benigno affectu fovent, ædificant & tuentur. Unde noverint universi tam futuri quam præsentis homines temporis, quod nos bonorum illorum donationem, quam *dilecti fideles* nostri, filii Nobilis viri *Domini Borvini* circa fratres & ecclesiam *Hospitalis S. Iohannis Baptistæ* in *Accon* pro suorum remedio peccatorum fecerunt, villam videlicet *Mirowe*, cum stagno ipsius villæ, stagnum *Dammene*, & rivum, qui fluit per stagnum *Mirowe* desuper & inferius, perpetuitatis causa confirmamus, & si quæ alia bona & secundum temporis cursum, & ut divinitus fuerit inspiratum, eroganda duxerint eisdem. Ut autem hæc nostra donatio rationabiliter facta nullatenus valeat immutari, præsentem paginam inde conscribi, & sigilli nostri appensione jussimus insigniri. Hujus rei testes sunt Hen-

In der Gundlingischen Sammlung.

ricus *Pincerna*, Albertus de *Niendorp*, Thegenardus Advocatus de *Saltzwedele* Johannes, Albertus, Fridericus, Hartmannus, Bruningus, fratres de *Redekesdorp*, Albertus de *Lipzcke*, Olricus *Advocatus* de *Arneburg*, & alii quam plures. Actum apud oppidum nostrum Werben. A. C. MCCXXVII. Non. Aug. Indict. II.

## 47.

## Grav Henrich zu Schwerin verkaufft und verschenckt Moratz dem Johanniter-Orden. 1227.

Aus der Gundlingischen Sammlung. NB. Es scheint in dieser Urkunde die sonst gewöhnliche Vorrede zu fehlen.

I. N. Dei. Hujus rei gratia Ego *Henricus* Dei Gratia Comes in *Zwerin* notum facio, quod de consensu uxoris meæ *Margarethæ*, & hæredum meorum *Gunzelini* & *Helmoldi*, villam, quæ dicitur *Moraz* Hospitali S. Iohannis Baptistæ devota mente partim obtulimus, partim vendidimus. Et ut omne dubium, sive scrupulum caveamus in posterum, Domini *Brunwardi* Zwerinensis Episcopi banno firmari promovimus. Acta sunt hæc anno MDCCXXVII. in capella *Zwerin* in vigilia S. Ioh. Baptistæ.

## 48.

## Johann und Gebhard von Ploto bestätigen einige Rechte ihrer Stadt Kyritz. 1230.

Aus der Gundlingischen Sammlung. NB. Diese Urkunde ist in dieser Sammlung doppelt, und hat in der andern Copie die Jahrzahl 1237.

Rechtliche Willkühr.

J. N. S. E. J. Tr. Acta præsentis temporis deperire solent sæpius in futurum, nisi fuerint scripto & voce testium confirmata. Innotescat igitur tam præsentibus quam futuris, quod ego *Iohannes* & *Gevehardus* fratres de *Plote*, ad voluntatem & petitionem dilectorum *Burgensium nostrorum* de *Kyritz* eis benigne concessimus, ut ad *tria placita* quæ fiunt in anno, & vocabuntur *legitima*, de jure nullus venire debeat, nisi citatus & vocatus, & aliquid ibi disponere habeat, & vadimonia, quæ in eisdem tribus placitis fiunt, *quatuor solidos* non excedant, si fuerit *Burgensis* ipsius Civitatis, si vero hospes fuerit, *octo solidos* dabit. Insuper concessimus, ut hæreditates, quæ mortis jure præventæ fuerint, per medium dividantur, & ut jure fruantur *Stendaliensium*, & ut singulis annis *advocatum* sibi *eligant* competentem. Quicunque vero *mansum* habuerit *duos solidos* cum *decima* dabit, & de *areis* infra civitatem *IV. denarios*. Omne igitur dubium, quod forte emergere possit in posterum, præsenti scripto, & honestorum virorum testimonio amputamus. Sunt autem testes Iohannes de *Havelberg*, Daniel de *Brun-*

*nen*

nen, Rudolphus de *Tyrnowe*, (Turnow) Fridericus de *Howardte*, Henricus *Advocatus*, Hermannus *Advocatus*, Zachæus *Venator*, Iohannes de *Cletſim* (Clitzing) Rudolphus de *Sanctowe*, Arnoldus *Dives*, Iohannes de *Gardelege*, Henricus *Weſtphalus*, Gozwinus de *Selmſen*, & alii quamplures; & ut hoc ſcriptum ratum & immutabile permaneat, ſigillis noſtris fecimus ſigillari. Actum A. J. D. MCCXXX. ſeptimo —

## 49.

## M. Johann und Otto privilegiren die Gewandſchneider Innung zu Saltzwedel. 1233.

Johannes Dei Gratia Marchio Brandenb. & *Otto* frater ejus, univerſis in *Soltwedel* ſalutem & omne bonum. Acta præſentis temporis deperire ſolent in futurum, niſi firmentur debito ſubſidio litterarum. Ea propter notum facimus, tam præſentibus quam futuris, quod nos habito conſilio noſtrorum hominum fidelium, & prudentum ad emendationem noſtræ civitatis *Soltwedel*, ſtatuimus & ſtatuendo mandamus, ut nullus in eadem civitate noſtra inhabitantium *pannum incidere præſumat, niſi in domo communi & venali, nunc de novo ad communes uſus conſtructa pannum vendat*, & *incidat*, & etiam *fraternitatem Gildæ* ſuper nos habeat & conſervet. Quod ut ratum & ſtabile perſeveret, præſentem paginam inde conſcribi, & ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Præſentibus Domino *Henrico Stendal*, & *Thegnardo*, Advocato & Burgenſibus noſtris in Stendal, Goſberto, Henrico de *Al m* Bartoldo de *Puteo*, Woltero *Sartore*, & Guntramo, Scriptore noſtro, Canonico in Stendal. Actum A. D. MCCXXXIII. V. Cal. Junii.

Aus der Gundlingiſchen Sammlung. Die Urkunde iſt nicht im Beckmanniſchen Werk.

## 50.

## Pabſt Gregorius VIIII. beſtätiget das Dom-Capitul zu Brandenburg in ſeinem Gutern und Rechten. 1234.

NB. Das weſentliche hievon iſt von Wort zu Wort aus dem Diplom B. Siegfrieds II. von 1217, das oben ſtehet, genommen. Wir ſetzen alſo nur den Anfang hieher, der die vorigen Päbſtlichen Beſtättigungen anzeiget.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, *Jacobo Præpoſito* Brandenburgenſis eccleſiæ, ejusque fratribus præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propo-

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

ſito revocet, aut robur, (quod abſit) ſacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & eccleſiam Brandeburgenſem in qua eſtis divino obſequio mancipati, ad exemplar felicis memoriae *Clementis*, (1188.) & *Coeleſtini* (1196) Praedeceſſorum noſtrorum, Romanorum Pontificum, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum & B. Auguſtini regulam atque inſtitutionem *Praemonſtratenſium* fratrum, in eadem eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Praeterea quaſcunque poſſeſſiones quaecunque bona p. p. p. p.

Datum Laterani per manum Magiſtri *Bartholomæi*, S. Romanæ eccleſiae Vicecancellarii III. Cal. Martii. Indict. VI. (VII.) J. D. A. MCCXXXIV. Pontificatus vero Domini Gregorii Papae VIIII. anno ſeptimo.

## 51.

## H. Barnim I. in Pommern ſchenkt die Lande Banen und Cüſtrin den Tempelherrn 1235. welcher Schenkungsurkunde B. Hermann zu Camin vidimiret.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

Nos *Hermannus* miſericordia divina *Caminenſis* eccleſiae Epiſc. Chriſti fidelibus univerſis ad quos præſens pervenerit ſcriptum, recognoſcimus Domini *Barnimi* Ducis Slavorum de verbo ad verbum non cancellatas, non cancellatas, non abolitas nec vitiatas nos vidiſſe litteras in hac forma:

J. N. D. A. Nos *Barnimus* D. G. Dux Slavorum fidelibus univerſis, ad quos praeſens ſcriptum pervenit, ſalutem in Domino ſempiternam. Religioſos viros, *Fratres domus militiæ Templi Hieroſ.* pro religione & honorificentia ſua tanto propenſius Zelo nominis Chriſtiani decet diligere ſpeciali praerogativa dilectionis quemlibet Chriſtianum, quanto puriorem devotionis fervorem ſuper Orientalis eccleſiae tutela exhibent efficacem. Ea propter tam praeſentibus quam futuris notum eſſe cupimus, quod nos *Barnimus* Dux Slavorum inſpiratione divina ejus captantes benevolentiam, a quo omne datum optimum, & omne bonum perfectum eſt, deſcendentes in ſubſidium terrae ſanctae, quam ſuo Dominus ſanguine conſecravit, totam terram, quae *Banen* vulgariter appellatur, cum omni utilitate, libertate, aquis, villis, pratis, lacubus & ſilvis, ac proventu, quae inpraeſentiarum, ac in futuro provenire poterunt *Fratribus militiæ domus Templi* de bona voluntate contulimus

ante-

antedictis, cum omni jure ac jurisdictione perpetuo possidendam, plenam addentes eis, ut in civitate ipsorum *Banen* vulgariter appellata forum habere possint, facultatem, ab omni jurisdictione nostra liberum & immune, die quem sibi ac suis commodam viderint, ac praefectum generare. Hoc adjecto, quod jus civile ad consuetudinem Branbenburgensis ditionis in sua terra rite observari Fratres faciant ante dicti. *Limitis* vero jam praedictae terrae *Banen*, videlicet nuncupare hujus cernimus, distinguuntur. Limitantur nempe primo a ponte, qui vocatur *Michelesbrukke*, ubi profluit fluvius *Colpiz* dictus; de jam dicto ponte per medium stagni, quod *Pynnow* dicitur, deinde ad collem *Banewitz* nuncupatum, postea per antiquam viam, usque ad *altum pontem*, ubi perfluit aqua *Tywe*; a quo ponte per antiquam viam ad IV. *arbores* sitas in fine nemoris, dicti *Bochwalt*, deinde per vallem, quae descendit per idem nemus usque ad situm, qui vocatur *Silvæ renmos*, deinde per antiquam viam, quae *Lautstig* dicitur, usque *Stenwer* in fluvium *Rorehe* vulgariter appellatum. Possessionem eorundemratam habentes, & gratam,in nullo eam perturbare volentes, aut turbari ab omni advocatia, exactione ac molestia fratres praedictos, ac eorum homines perpetuo volumus esse liberos & immunes. Porro, si quid juris aut jurisdictionis in terra *Custerin* nuncupata, ne vel a nobis aut haeredibus nostris occasione talium in futuro praetextu pacti alicujus, molestiam aliquam patiantur, aut jacturam, omni casu aut scrupulo, qui processu temporis super eorum possessionibus posset suboriri, sopitis, nullo nobis jure aut jurisdictione in possessionibus eorumdem reservatis, ad eorum utilitatem perpetuam & profectum pia liberalitate ac munificentia omnimodo relaxamus. Haeredes autem saepe dicti villarum in ea sitaram in nostra praesentia constituti, quicquid juris in ipsa terra & villis addixerant vel attribuerant sibi bona voluntate penitus relaxarunt. Nomina vero haeredum haec sunt, *Barnislaus*, *Symon*, *Suitiu*, *Jacobus*, *Wenzlaus*, *Gutislaus*, *Symon*, *Nicolaus*, *Leonardus*, *Jargoneus*, subscriptis testibus, viris fide dignis, quorum sunt haec nomina, *Thegem*, *Hermannus*, Sacerdotes, Chalomagister in *Staregard Suicislaus*, filius Borwari; *Pribizlaus*, *Wieczlaus*, *Lytubor*, & alii Clerici & Laici quam plures. Ut autem haec nostra donatio terrae sanctae fratribus militiae Templi rata & inconvulsa permaneat, praesentem paginam scribi jussimus, sigilli nostri munimine roborandam. Datum in *Spandow*. A. D. MCCXXXV. in die martyrum innocentum. *(Ad hujus autem rei evidentiam hanc cedulam nostri sigilli robore communivimus.)* Bisch. Hermanns Zusatz.

52.

## H. Barnim I. in Pommern stiftet die Stadt Prenzlow.

1235.

Aus der Gundlingischen Sammlung, wie auch Grundmanns Uckermärkische Adelshistorie.

Barnim Dei patientia Dux Slavorum, ad quos pervenerit præsens scriptum sic transire; per bona temporalia ut non amittant æterna. Quandoquidem omnia quæ agimus, per studium considerationis prævenire debemus, quemadmodum spiritualis docmatis apice per virorum revelationem sumus instructi literatorum, qui velamine litteræ ablato nos edocuere plerumque evidentibus argumentis. Attendentes igitur illud docma præfatum, id quod fecimus & ordinavimus scriptis & monumentis aliis bonum duximus æternare, ne a nostra nostrorumque successorum memoria queat labi. Siquidem nostris volentes utilitatibus & commodis providere nos nihilominus aliarum provinciarum consuetudinibus conformantes, in terra nostra *civitates liberas* decrevimus instaurare. Significatum itaque sit præsentium honestati, nec non reverendæ futurorum discretioni, quod nos tam de propriæ voluntatis arbitrio, quam de nostrorum Nobilium prudenti consilio decrevimus, in *Prencelow civitatem liberam* instituere. Ad cujus loci ædificationem & cætera commoda & utilitates ipsorum, qui in jam dicta manserint civitate, tres centos mansos adjecimus, ducentos ex una parte aquæ, quæ *Ukera* vocatur, in illa videlicet, in qua civitas ædificabitur, & in alia trans *Ukeram* centum mansos, & aquam ad molendinorum, quibus carere non poterunt, exstructionem. Cujus civitatis promotionem viris providis & discretis, *Waltero*, qui in ea Præfectus erit, *Jordano* & fratri suo, *Willikino* cum *Esycho*, *Henrico* cum *Helya*, & *Paulo* de *Stendal*, qui a nobis hunc locum receperunt, commisimus in hunc modum: A festo B. Martini per tres annos de mansis, quos civitati adjecimus, nihil recipietur, peracto autem trium annorum spatio de quovis manso *ferto dimidius* solvi debet; præfatis autem *octo*, *qui civitatem* ædificandam de manu nostra *susceperunt in feodo*, *octoginta* mansos contulimus. Si vero *molendina* ædificata fuerint, duas *partes redituum molendinorum* dominus terræ recipiet, & tertiam partem qui expensas dederint ad exstruendum. Quicquid solvendum est de areis & aliis emolumentis Dominus duas partes, & memorati *octo viri* tertiam assument. Civitas autem hæc eadem debet frui *libertate*, quam habet civitas *Magdeburgensis*, & eodem jure, excepto eo, quod *Rade* (Gerade) appellatur, quod apud nos decrevimus abolendum. Mercatores etiam, qui de civitate *Prencelow* sunt, per totam terram nostram

ſtram *thelonea non ſolvent.* Cupientes autem hanc noſtram ordinationem & libertatis collationem nunc & in poſterum firmiter obſervari, literis noſtris cum ſigilli munivimus appenſione. Teſtes autem ſunt *Præpoſitus Colbergenſis Paulus*, *Bartholomæus* frater ejus, ejusdem loci *Canonicus*, Rodolphus Sacerdos in Stettin, (*) Stephanus Dapifer, Rinboldus Pincerna, Zulizlaus, Jarozlaus, Salimarus, Andreas, Mozkot, alius Andreas, alter Zulizlaus, Simon nobilis in Stettin, qui omnes noſtræ intererant ordinationi, & libertatis ut diximus collationi. Actum apud Settin, A. D. J. MCCXXXV. VI. Kal. Januarii.

## 53.

## Wertzlav, Herzog in Pommern übergiebt das Land Stargard an die Marckgraven von Brandenburg, die er in ſeinen übrigen Landen für ſeine Lehnsherren erkennet. 1236.

Copie des Originals in dem Königl. Archiv zu Berlin, von Sr. Excellenz dem Herrn Staatsminiſter Baron von Hertzberg dem Verfaſſer mitgetheilt.

Hæc eſt forma compoſitionis inter Dominos J. (*Johannem*) & O. (*Ottonem*) Marchiones Brandenb. & Dn. *Wſlaum* de *Demin*, czilicet quod Dnus. W. (*Werzlaus*) recepit de manibus Dominorum Marchionum omnia bona, quſt habet, præter illa, quæ ſpectant ad *Ducatum Saxoniæ*. Et idem Dnus. W. reſignavit Dnis Marchionibus terram *Staregard* cum omnibus attinentiis; & terram *Bezeritz* etiam ſimili modo, & terram *Woſtrowe*, ſicut ſita eſt, cum omnibus attinentiis, usque ad flumen, quod dicitur *Tholenze*, hoc interpoſito, quod Dni. Marchiones dominis & militibus & feodalibus in terra *Woſtrowe* reſtaurum facient, pro ſuis feodis, quemadmodum juſtum viſum fuerit & honeſtum, & ut referant ſæpe dicto Dno. W. graciarum actiones. Inter cætera adjectum eſt, ſi idem Dnus. W. moritur ſine hærede, quod *Demin* & omnia bona ſua libere vacabunt Dnis. Marchionibus. Et ſi Rex Danorum cum Dnis. Marchionibus pro aliquibus bonis placitaverit ſibi vindicando, ex forma compoſitionis dicti Marchiones Dno. W. warandiam præſtabunt. Et ſi pro aliquibus bonis a *Rege ſuſcipiendis* Dnus. *W. deſtinatus a Dnis. Marchionibus fuerit ſine propriis expenſis & laboribus* per *Dnos. Marchiones ſequetur.* Et ſi ex negligentia pueritiæ ſuæ aut aliorum privatus fuerit bonis, quæ de jure habere dignoſcitur a Dnis. Marchionibus adjutorio ipſorum, ſub quacunque forma repetere voluerit, auxilio & adjutorio requirendo repetet ſepe dictorum Dnorum. His omnibus etiam adjectum eſt, quod Dnus. W. ſi neceſſe

 fuerit,

(*) Die Gundlingiſche Urkunde, ſetzt vor den Truchſes Stephanus, noch Pritznoborus vis nobilis in Stettin.

fuerit, quacunque hora aut tempore voluerint, castrum *Demin* Dnis. meis & suis presentabit, sicut utrique parti conveniens fuerit & honestum. Sed ne aliqua in posterum calumpnia suboriri, ab utraque parte promiserunt, præfatam compositionem data fide servare. Ex parte Dnorum Marchionum Dnus. *Bertholdus de Veltberg*, *Albertus* Advocatus, Thidardus de *Wostrowe*, *Alvericus de Kerckowe*, Bodo & *Werner de Saltzwedel*, Locovinus de B*oiezenburg*, Gherhardus Advocatus in Oderberge, pro Dno. W. promiserunt fide data Dnus. *Alardus* B*adelacken*, Conradus de *Schonenwalde*, Godefridus *Strutz*, Dnus. *Nizan*, Dnus. *Dubeslav*. Acta sunt hæc in *Cremeue* Anno Dominicæ incarnationis MCCXXXVI. XII. Kal. Jul.

Es hänget daran bloß das Siegel H. Werzlavs, so schon meist zerbrochen. Man kan aber noch sehen daß es ihn zu Pferde sitzend vorstellet, mit einem Schilde und Spiesse, und von der Umschrifft ist noch zu lesen: S. Ducis.

## 54.

## Ertzb. Willbrand zu Magdeburg bestätigt dem Capitul zu Brandenburg das gekauffte Mukede. 1238.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. & J. Tr. *Willebrandus* D. G. Magd. eccl. Archiep. omnibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Provincia nostræ Metropolis Penthapolin habet quinque sedium, quinque cathedralium civitatum, quas Parthenopolis nostra tanquam filias in Christo carissimas paternis affectibus & maternis amplexibus amplexatur. Inter has *Brandenburgensis* ecclesia loco nobis est vicinior, & aspectu præsens, & subjacens cotidiano conspectui sedis nostræ. Habemus in ejus diœcesi, ut in vinea spiritualium Parochias & Patronatuum jura, decimas non paucas, & hujusmodi, quæ spiritualibus sunt annexa. Habemus in ea, ut in ea temporalium, terras amplas, possessiones, oppida, castra, familiam ecclesiæ residentem, ministerialium turbam multam, & rebus & juribus habundantem, ita ut totam fere diœcesin in his & talibus domesticam habeamus. Præsertim cum ad nos pertineat terræ illius jurisdictio temporalis, Cathedralem etiam ejus ecclesiam habundantiori quadam subjectione nobis invenimus semper esse devotam. Et hæc sunt, quæ ad quædam beneficia gratuita circa ipsam merito nos invitant. Notum igitur volumus tam præsentibus quam futuris, quod nos ad resignationem filiorum *Alberici de Grabowe*, ministerialium ecclesiæ, villam *Mukede*, 12 mansorum, quam vir venerabilis *Jacobus*, Brand. eccl. *Præpositus*, ab eisdem, ad usus ecclesiæ suæ justo

facto emptionis titulo comparavit, cum silvis adjacentibus, piscationibus, pratis & pascuis, aquis aquarumque decursibus, & omni jure suo, de consensu Capituli nostri eidem Præposito & Conventui Brandenburgensi, & eorum successoribus ad usus ipsorum conferimus in proprium & donamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ donationis infringere, aut ei ausu temerario contraire, vel quocunque modo in prædictis Brandenburgensem ecclesiam perturbare. Ut autem hæc nostra donatio rata & inconvulsa futuris temporibus perseveret, ipsam tam nostri quam Capituli nostri sigillorum munimine roboravimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hæc: *Gernandus* Brand. Episcopus, *Bertramus*, Abbas S. Johan. Bapt. in *Monte* Magd. *Arnoldus Decanus* & Scholasticus majoris ecclesiæ, *Ludolphus* de Suanebeke, *Ludolphus* Custos, *Kraphto* Cellarius, *Timmo*, majoris ecclesiæ Canonici, Sifridus de *Niegrebe*, *Hermannus de Werberge*, Godefridus de *Weddinge*, milites, & alii quam plures Clerici & Laici. Datum Magdeburg apud Montem S. Joh. Bapt. in domo lapidea secus transitum versus Claustrum. Anno Domini MCCXXXVIII. IIII. Non. Apr. Indict. XI. feliciter. Amen.

## 55.

## M. Johann und Otto befreyen Spandow, auf acht Jahr, und schencken der Stadt die Stätte Bens, und die Marckt Kirche. 1240.

J. N. S. E. J. Tr. *Johannes* & *Otto* D. G. Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Universa negotia mandata literis & vocibus testium ab utroque trahunt indissolubile firmamentum. Notum igitur esse volumus tam præsentibus quam posteris, quod nos Burgensibus & incolis habentibus hæreditatem in civitate *Spandow libertatem dedimus usque ad octo annorum* expletionem ab omni exactione, petitione, precaria, servitio, theloneo tam pontatico quam aquatico *per omnes terminos* nostros, & terrarum nostrarum territoria liberos eos decernentes. Adjicimus etiam civitati locum, qui *Bens* dicitur, qui fuerat *Alberti* & filii sui *Borchardi*, cum omni jure, ut sit particeps consolationis præsentis, & communiter servitii futuri & laboris. Expletis autem octo annorum spatiis statuimus & volumus, ut eadem *jura* quæ *habent* cives *Brandenburgenses*, teneant & observent. Permisimus etiam ipsis *ecclesiam forensem*, quam Claustro contuleramus, eximere per restaurationem & conferre sacerdoti, qui cum ipsis faciet personaliter residentiam in eadem civitate. Sed ne aliqua in posterum calumpnia possit suboriri, (Aus der Sagittarischen Sammlung.)

testes adhibuimus quorum nomina sunt hæç: Sifridus de *Hassel*, Bertholdus de Veltberg, Thidericus de Stralow, Willekinus de *Tornow*, *Ghede Oderberg*, Joh. de *Redichstorp*, Ragistus, Adam, & Ludolphus Capellanus curiæ, & alii quam plures, & præsentem paginam sigillorum nostrorum fecimus appensione roborari. Actum in *Spandow* A.D.J. MCCXL. IIII. Kal. Aug.

## 56.

## F. Niclas I. zu Rostock oder Werle beschenkt die Comthurey Mirow mit mehr Aeckern. 1242.

In der Gundlischen, wie auch Süßmilchischen Samlung.

J.N.S.E.J.Tr. Ego *Nicolaus* Dominus de *Roztock* in perpetuum. Sciant tam praesentes quam futuri, quod nos ad honorem Dei & B. Johannis Bapt. Fratribus Hospitalis ejusdem S. Joh. Bapt. in partibus transmarinis degentibus ad ampliorem sustentationem fratrum eorundem terrae ipsorum, quae in praedio nostro sita est, *Mirowe* nomine, adjecimus de bona voluntate libertatis conferendo *quosdam agros adjacentes*, cum omni jure & utilitate in agris, pratis, pascuis, silvis, super haec bona similiter omni nostro judicio renunciantes. Declaramus etiam haec bona esse libera ab omni exactione vectigalium, a constructione urbium & pontium, & ab omnibus his, quae dictum curiam valeant aliquatenus aggravare. Agros autem collectos sic circumscribimus determinando de *Scytna* usque ad *Wargalitz*, deinde in *Zmolinz*, deinde usque in terminos *Mirowe*. Ut autem hoc rationabile factum nostrum a nobis vel a successoribus nostris in posterum non valeat inviciari, fratres memoratos & curiam supra fatam praesenti privilegio cum appensione sigilli nostri ac testium inscriptione irrefragabiliter communimus. Testes hujus sunt *Heldag* Archidiaconus Canonicus de *Guztrowe*, Redecus Decanus, Theodoricus Camerarius de — Ymizlaus, Jarozlaus, Henricus *Dargaz*, Johannes de *Hewelberch*, Castellanus de Robele, Henricus *Fulmen*, Albertus de *Antiquavilla*, (Oldendorp,) Johannes de *Duczin*, Gerardus *Scoze*, tunc advocatus, & alii quam plures. Datum *Guztrowe* per manum Conradi Scriptoris. Anno gratiae MCCXLII. XV. Kal. Jul.

Henrich von Blix.

## 57.

## M. Johann und Otto begeben sich ihrer Rechte an dem Nachlaß verstorbener Geistlichen in dem Brandenburgischen Kirchsprengel. 1244.

In der Süßmilchischen Sammlung.

J.N.S.E.J.Tr. *Johannes* & *Otto* D. G. March. de Brandb. omnibus in perpetuum. Cum justitia sit omnium aliarum virtutum principium & magistra, reddit equidem unicuique quod est suum, Deo videlicet, proximo & sibi; Deo ut ipsum colat, proxi-

proximo ut ipsum non lædat, sibi ut vivat honeste; cumque sit etiam ipsa justitia janua, per quam ad beatitudinem introitur, necessarium est volentibus omnibus ingredi ad eandem, ne per aliud, quam per ipsam tamquam per ostium eis pandatur ingressus. Si quis igitur Deum sincere non colit, honeste non vivit, aut proximum suum laedit, felicitatis introitum sibi claudit, atque ideo beatitudinis braccium non attingit. Sane regale sacerdotium divina providentia firmiter credimus institutum, ut pro nobis, qui in regione dissimilitudinis ambulamus, potens interventor existat ad Deum. Quamobrem summopere formidandum, ne perturbatis in aliquo Dei ministris, non clementiam Omnipotentis sed vindictam nobis reportet districti judicis cuncta rimantis. Ad honorem igitur B. Petri & Pauli Apostolorum, nec non ad interventum venerabilis Domini, *Rutheri Brandenburgensis Episcopi*, nostraeque salutis respectu, *Clero Brandenburgensis diœcesis universo*, qui in nostris terris, seu vasallorum nostrorum terris, quas de nostris obtinet manibus, aut est aut fuerit constitutus, *libertatem plenariam in relictis Clericorum post eorum obitum indulgemus*, unde & in perpetuum *renunciamus illi juri*, de *tollendis reliquiis Clericorum* in ipsorum decessu, *quo per injuriam hactenus sumus usi*, nec aliquibus eos deinceps in hujusmodi volumus molestiis fatigari. Quicunque ergo vasallorum nostrorum praedictorum, extra nostrum videlicet cotidianum obsequium constituti, hujus nostri beneficii extiterint contemtores, quascunque villas civitates vel oppida eorundem, seu personas mandantium, facientium aut etiam ratum habentium tale crimen, Dominus Brandenburgensis Episcopus excommunicatas mandaverit publice nunciari, aut interdicto ecclesiastico fore subjectos, cum remotione sacramentorum, quae ipsum interdictum sequuntur, a nostris Civitatensibus, Oppidanis pariter & Villanis, nulla est eis prorsus communio exhibenda, alioquin & in se & in suis civitatibus, oppidis atque villis, quas inhabitare noscuntur, in omnibus pari pœna plectentur, ne nos eosdem, nostrique haeredes, seu nostri etiam successores, cum tota domo nostra, scienter ad divinum officium aut ad aliquam communionem jure prohibitam, admittemus, si Canonicam ex eodem contemtu volumus effugere ultionem. Si quis autem ex nobis vel nostris hæredibus, aut nostris successoribus, aut quicunque alius ex nostris officialibus, vel Legatis, hujus decreti extiterit violator, passo injuriam vel ejus successori refundemus ablata, insuper de proprio tantundem Dno. Brandenburgensi Episcopo persolvendo; excommunicati nihilominus cum aliis transgressoribus, post denuntiationem nobis factam, publice nunciandi. Proviso etiam, ut non solum ille locus, in quo exceditur contra

tra

tra libertatem prædictam, post factam nobis denunciationem, usque ad satisfactionem condignam, tempore intermedio, de consensu Dni. Brandenburg. Episcopi, interdicto ecclesiastico sit subjectus, verum etiam totus districtus, in quo idem locus est situs, aut certe tota terra nostra, si quod absit, a nobis, vel ab hæredibus nostris, aut ab officialibus sive nunciis nostris, ut prædictum est, contra hujusmodi decreti nostri paginam excedatur, a sacramentis ecclesiasticis, a sepultura ecclesiastica, & a divinorum officio sit suspensa. Ut autem hæc omnia observentur in perpetuum inconcussa, hoc praesens statutum nostrorum impressionibus sigillorum duximus muniendum, adhibitis & inscriptis testibus idoneis, quorum nomina sunt; Venerabilis Dominus *Ruthgerus Brandenburgensis Episcopus*, Dominus *Petrus* de *Brandenburg*, Dominus *Henricus* de *Lewenwolde*, Dnus. *Symeon de Berlin*, Praepositi, Alexander, Plebanus de *Ratenow*, Johannes & Albertus notarii curiae, Laici vero, *Bertoldus* de *Veltberg*, Fridericus de *Kare*, Bodo de *Knesebeke*, Willekinus de *Tornow*, Gerardus de *Gercow*, Fridericus de *Berticow*, & alii quam plures, tam Clerici quam Laici, tunc praesentes. Acta sunt haec *Marchede* Anno Domini MCCXLIIII. VII. Kal. Februar.

## 58.

## Mrotsek, Herr von Zulenche vermacht seine Erbherrschafft den Tempel-Herren. 1244.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

In Nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Ne ea quæ aguntur in tempore simul ab hominum memoria labantur cum tempore, propter hoc scripturæ memoria debent perpetuari. Ea propter ego *Mrotsek*, cum voluntate & consensu fratris mei *Gerlari*, *Præpositi Lubucensis*, Deo & S. Mariae Virgini, *Militiæque domus Templi*, in subsidium scilicet terrae Jherosolimitanae, in remissionem peccatorum meorum, contuli hæreditatem meam, inter *Lubus* & *Zanboch* sitam quae *Zulenche* dicitur, cum villis & civitate sibi adjacentibus, & cum omni jure, sicut in privilegio mihi a Dno. Duce dato, continetur. Ne autem hæc nostra liberalis aut voluntaria donatio coram Dno. *Boleslao* Duce Zliae & Baronibus ejus facta, in irritum ducatur, praesens proinde documentum impressione sigilli praedicti Ducis, meo, fratrisque mei volui communiri. Acta sunt haec in *Wratizlavia* A. D. J. MCCXLIIII. praesentibus Dno. *Boleslao*, Duce Zliae, Dno. *Henrico* Episcopo *Lubucensi*, *Bogeslao* Castellano de *Annitz*, Comite *Ralzlao* Wrat. *Bogeslao* Castellano de *Bitum*, Dno. Boguzlao, Prselao, Budiacro, Janusio, filiis Iherozlai, Conrado subpincerna, & aliis multis.

## 59.

## H. Barnim und H. Wertzlav in Pommern bestätigen das Kloster Broda im Lande Stargard noch 1244.

Aus der Schildischen Sammlung.

In Nomine & Virtute S. & Individuae Trinitatis. *Barnim* D. G. Dux de *Stetin*, & *Wartizlaus* eadem gratia Dux de *Dimin* omnibus in perpetuum. Quomodo ex tempore dilabente dilabitur etiam humana memoria, & temporis processus quandoque rerum & causarum generat oblivionem & mutabilitatem, illustrium principum legitimas donationes, actiones sive confirmationes ecclesiis datas sive confirmatas necesse est eo discretionis temperamento roborari, ne per duplicitatis scrupulum, vel dubietatis emolumentum valeant captiosis rationibus immutari vel infringi. Inde est quod notum esse volumus tam praesentibus, quam futuris fidelibus, quod omnia bona, quae avus noster venerandae recordationi Dnus. *Kazimarus*, fundator ecclesiae S. Mariae perpetuae Virginis S. Petri Apostolorum principis in *Brode*, sed & bonae memoriae ejus successores, nostri progenitores pro sua devotione contulerunt, secundum quod privilegia eorum continent, cum juris integritate sine omni advocatia & seculari exactione, quae ad nos pertinere posset, libertando & renovando confirmamus. Sunt autem haec bona videlicet *Brode* cum foro, taberna & omnibus attinentiis suis, similiter & haec villae, *Womtin, Caminitza*, *Wogarzmow*, *Silubini*, *Calube*, usque in fluvium *Prituznitza*, *Patzutim*, *Wolcicin*, *Crukow*, *Michinnow*, *Pancirin*, *Vilim*, *Carstitze*, *Sirize*, *Woztrow*, castrum cum villa in *Radur Podulmow*, *Tribekow*, *Wigun*, *Cussowe*, *Tuardulmo*, *Dobre*, *Step*, *Rovene*, *Prilbitz*, *Nicakowe*, *Malke*, Cammow, *Lang*, *Ribki*, *Itzaple*, *Nimirow*, *Malkow*, *Staregart*, *Lipetz*, cum omnibus villis, *usque ad stagnum Wobleskum* & *surjum* Havelam, usque *Chotibanz*, & desertas villas, quæ a *Vilin*, inter fines *Chotibanz*, *Lipitz* & *Havelam* jacent. Data est etiam iis Salina, quae est *Colchele*, cum omni utilitate, quae per laboris industriam futuro tempore fieri potuerit ibidem ex sale. Has villas & haec omnia supra nominata, cum omnibus, quae ad villas pertinent, hoc est, areis, aedificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, pascuis, pratis, campis, exitibus & reditibus, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis & inviis, quaesitis & inquirendis, cum omnibus, quae ullo modo dici aut nominari possunt, ad praefatam ecclesiam tam integre & rationabiliter confirmamus, tam absolute interato donamus, ut Praepositus ejusdem ecclesiae cum fratrum suorum voluntate libera potiatur facultate ac libertate, & omnes in eodem loco ejusdem pro-

ceffionis ei fuccedentes haec omnia pro libitu fuo difponendi & ad utilitatem ejusdem modis omnibus convertendi. Concredimus quoque omnibus hominibus noftris, ut fi quis ex iis divina monitus infpiratione aliquid de bonis, quae a nobis poffidet, praedictis fratribus conferre voluerit, aut quicquid ipfi pretio comparaverint, liberam habeat licentiam hoc faciendi, & ipfi fratres liberam nihilominus habeant licentiam, facultatem recipiendi, & in ufus proprios ea libertate, qua cetera donata funt, convertendi. Abfoluti etiam funt praenominati fratres noftri & *homines ipforum* tam *Slavi* quam *Teutonici*, ab omni exactione telonei & *Ungelt* per totam terram noftram, tam in terra quam in aqua, in foro videlicet in pontibus, urbibus & navibus. Praecipimus etiam quod praeceptum eft fimiliter omnibus fub culmine noftrae poteftatis degentibus, ut folerti cuftodia ftudeant obfervare, ne ab ullo peftilente quolibet dampno, five clam five palam illato familiariter nobis dilecti hujus ecclefiae Canonici vexentur, quia reus, fi detectus fuerit, capitali fententiae fubjacebit. Privilegium quoque fundatoris ecclefiae cum figillo appenfo fecundum fupra dicta vidiffe & audiviffe fcriptis & figillis confirmando proteftamur. Teftes vero hujus funt Dnus. *Conradus*, Caminenfis *Praepofitus*, Dnus. *Nicolaus*, Abbas *Dargunenfis*, Dnus. *Henricus Pozwolcenfis Praepofitus*, *Petrus Havelbergenfis* Canonicus, Lambertus, Notarius Dni. *Barnim*, Eggelbertus de Cobandin, & Ecbertus frater fuus, Sacerdotes; *Comes Guncelinus* de *Swerin*, Comes *Heinricus* de *Stouwenburg*, Dnus. Tidlenus de *Godebuz*, Johannes *Turiggus*, & Bertoldus frater fuus, Johannes de *Walsleoe* & *frater fuus Albertus* de *Insleve*, Liborius de *Duchow*, Nicolaus de *Brelin*, milites & alii quam plures Clerici & Laici Chrifti fideles. Datum *Dimin* an. Dni. MCCXLIV. VI. Kal. Jun. Friderico Imperatore regnante Amen.

## 60.

## H. Barnim in Pommern beſchenckt die Tempel-Herren mit Nahouſen. 1244.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. *Barnim* D. G. Dux Slaviæ univerfis Chrifti fidelibus, ad quos præfens fcriptum pervenerit in perpetuum. Cum fundamentum & radix memoriæ confiftat in fcriptis, neceffario fcriptæ requiruntur ea, quæ inter præfentes rite aguntur, ut facilius ad agnitionem abfentium valeant pervenire. Notum autem effe volumus tam præfentibus quam futuris, quod nos pro noftris noftrorumque prædecefforum exceffibus Terræ Sanctæ *Fratribusque*

*busque Militiæ Templi* villam, quæ *Nahusen* dicitur, cum omni utilitate & libertate cum ſtagnis & pratis cum omni jure perpetuo tradimus, terminos eidem villæ ad terram *Bane* & *Videgowe*, & usque in *Konigkesberge* & *Roskam* ubere deputantes. Ut autem hæc noſtra donatio *domui Templi* ac Sanctæ Terræ jugibus temporibus rata maneat & inconvulſa, ipſum ſigilli noſtri munimine & præſenti pagina duximus muniendam, ſubſcriptis nihilominus teſtibus, quorum nomina ſunt, Dnus. *Vromholdus* —— de *Colbatz*, Dnus. Theodoricus de *Bertechowe*, Dnus. Johannes *Marſchalcus*, Dnus. Fridericus de *Rammerſtede*, Hermannus Sacerdos & Capellanus Templi, e. a. q. pl. Dat. in Pyritz An. MCCXLIIII.

## 61.

## M. Johann und Otto ſtifften die Stadt Friedland im Lande Stargard. 1244.

*Johannes* & *Otto* D. G. Marchiones Brandenburgenſes omnibus in perpetuum. Conſuetudinis eſt, ea, quæ ſub tempore fiunt, ne pro lapſu temporis cum tempore tranſeant, & ab hominum memoria evaneſcant, inſtrumentorum ac teſtium munimine roborare. Hinc eſt, quod conſtare volumus tam futuri quam præſentis temporis hominibus univerſis, quod civitati noſtræ novellæ, quæ *Vredelande* appellatur, ducentos manſos in principio ſuæ fundationis adjecimus, quorum quinquaginta ad paſcua deputandos, reliquos vero centum quinquaginta cultui agrorum duximus deſtinandos, de quorum quolibet nobis eorum poſſeſſores quilibet in *dimidii fertonis* penſione annua reſpondebunt, tranſactis duntaxat quatuor annis, quos incolis ejusdem civitatis indulſimus libertatis. Prædictam etiam civitatem eodem *jure*, quo civitatem noſtram *Stendal*, gaviſam eſſe volumus & contentam, hoc nihilominus adjicientes, ad ipſum commodum civitatis, quod omnibus ipſam inhabitantibus, ad ædificia neceſſaria, ligna incidere liceat & afferre per totam provinciam, tam de bonis noſtris liberis, quam porrectis. Ad hæc noverint univerſi, quod jam dictam civitatem bonæ famæ viris *Conrado* de *Therewiſt*, *Johanni* de *Grevendorp*, & fratribus ejus *Henrico* de *Kercham*, & *Friderico de Berengho* ſub forma gratiæ talis dedimus incolendam, ut totius cenſus, tam de areis quam de manſis pars tota ſit eorum, ſicut & totus denarius in ipſa civitate per judicium acquiſitus erit illius, qui fungi debet officio præfecturæ, excepta tamen illa acquiſitione, quæ de judicio provenit *Slavorum*, quos ſpeciali noſtro judici, ſeu advocato noſtro, qui pro tempore erit, volumus tam intra civitatem, quam extra utili-

Aus Franckens Alt- und Neuen Meklenburg.

ter subjacere. Et ne in una eademque civitate in personas plures distribui, contra consuetum alias, præfecturæ titulus videatur, unum tantum ex eis *Conradum Præfecti* titulum volumus obtinere. Super prædictis omnibus, ne cavillosa in posterum queat rimula inveniri, præsentem paginam sigillorum nostrorum appensionibus duximus muniendam, testes idoneos adhibentes, quorum nomina hæc sunto: Dnus Otto de *Hadersleven*, Henricus *Pincerna*, Fridericus de *Bertikow*, Guntirus Advocatus, Albo Marscalcus, Gerardus de *Kerckow*, Albo de *Platin*, Milites, & alii quam plures tam servi quam milites tunc præsentes. Acta autem sunt hæc A. D. J. MCCXLIV. in Dominica quæ cantatur, Oculi mei semper.

## 62.

## M. Johann stiftet die Stadt Lichen im Lande Stargard, die jezt zur Uckermarck gehöret. 1248.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Diese Urkunde stehet auch in Frankens A. u. N. Meklenburg.

J. N. S. E. J. Tr. *Johannes* D. G. Marchio Brandenburgensis omnibus in perpetuum Temporis mobilitas, & humanæ memoriæ instabilitas exigit & requirit, ut ad notitiam posteriorum gesta præcedentium scriptis authenticis commissa commaneant, ne per oblivionem, quæ inimica solet esse posteritatis, argumenta veritatis obtenebrentur, & dubia quæstio generetur. Proinde notum esse volumus, tam præsentibus quam futuris, quod nos fidelibus nostris, *Danieli* & *Eberhardo* de *Parwenitz* fratribus, civitatem nostram in *Glichen*, sub tali forma dedimus construendam, quod totius census tam de areis, quam de virctis pars tertia sit eorum, sicut & tertius denarius in civitate per judicium accersitus. Huic iterum civitati nostræ adjecimus 150 mansos, quorum 100 in agriculturam, & 50 in pascuam pecorum nos recognoscimus deputasse, ita tamen, quod de quolibet illorum, qui videlicet agrorum culturam scierunt assignati trium solidorum denariorum Brandenb. annuatim nobis pensio deberet. Expirantibus ita sex annis, quos ipsi civitati a festo B. Martini primum venturo jam antea indulsimus, libertatem ipsam civitatem eodem jure, quo alias civitates nostras, gavisam esse volumus ac contentam. Insuper & in aquis adjacentibus *rusis* inque & *minutis retibus* eisdem fratribus & ejusdem civitatis incolis piscandi similiter contulimus facultatem. Verum etiam prædictis fratribus contulimus 50 mansos, & quandam insulam sedecim mansos continentem, eidem civitati similiter adjacentes, & duas clausuras sive capturas piscium in fluvio prope civitatem sitas, quæ omnia per se jure feodali & titulo possidebunt. Insuper & duo molendina ad officium præfecturæ spectantia, unum eorum in fluvio *Custernitz*

*nitz*, & aliud apud civitatem ſitum, eisdem fratribus ſpecialem facientes gratiam, eo jure contulimus, quod nec nos, nec noſtri hæredes debeant aliqua alia ſtructura ipſis nociva lædere vel turbare. Et ut hæc noſtra collatio futuris temporibus ſtabilis perſeveret præſentem paginam conſcribi juſſimus & ſigilli noſti munitione roborari. Hujus rei teſtes ſunt Henricus de *Stegelitz*, Burchardus de *Valewanz*, Fridericus de *Bertekow*, Fridericus quondam Advocatus in *Spandow*, Gerhardus *Seher*, Henricus de *Snetling*, & alii quam plures. Datum per manum Henrici Notarii curiæ noſtræ Ao. Domini MCCXLVIII. in craſtino S. Vincentii Martyris.

## 63.

## M. Johann ſtiftet die Stadt Neubrandenburg im Lande Stargard. 1248.

*Johannes* D. G. Brandenburgenſis Marchio, omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas & humanæ memoriæ inſtabilitas exigit, ut ad notitiam poſterorum geſta præcedentium ſcriptis authenticis commiſſa commaneant, ne per oblivionem, quæ inimica ſolet eſſe poſteritatis argumenta veritatis obtenebrentur, & dubia quæſtio generetur. Proinde notum eſſe volumus, tam præſentibus quam futuris, quod nos *Alvordo* fideli noſtro, civitatem noſtram *Brandenburg Novam*, ſub tali forma dedimus conſtruendam, quod totius cenſus de areis pars tertia ſit ipſius, & tertius denarius per judicium acquiſitus. Huic civitati noſtræ adjecimus CCL. manſos, quorum CC. in agricultura, reliquos L. in paſcuis nos recognoſcimus deputaſſe, ita ut de quolibet eorum, qui videlicet agrorum cultui ſunt aſſignati, trium ſolidorum denariorum Brandenb. annualis nobis penſio debeatur. Exſpirantibus itaque V. annis, quos ipſi civitati, a feſto Martini nunc venturo in antea indulſimus libertatis, eandem civitatem eo jure, quo civitatem noſtram *Brandenborg Veterem* gaviſam eſſe volumus & contentam. In parte tamen ipſius civitatis incolis ſpecialem gratiam facientes, quod de rebus pinguibus, videlicet de piſcibus recentibus, adductis navigio, butyro, caſeo, pullis, ovis, pultibus & ceberis leguminibus, lino & panno lineo, nullo omnino hominum ad danda thelonea teneantur. Si vero aliquis ejusdem civitatis Burgius piſces, halec, vel aliquas alias merces ſpe profectus & peregre ipſas duxerit in civitatem, ipſum ſimiliter ab eo abſolvimus theloneo, qui foret dandus, dummodo ulterius ſua vectura non deducat easdem. Si vero ad alia loca ſuas merces voluerit deſtinare, ipſe ſicut & ceteri deducentes, nobis exſolvet theloneam, ſecundum quod in *Veteri* noſtro *Brandenborg* eſt conſtitutum. Hoſpites

Aus Frankens M. und Alten Mecklenburg.

ſpites vero, qui hujusmodi merces ad ipſam duxerint civitatem, & ad vendendum ſuas expoſuerint merces, de quolibet plauſtro quatuor tantum exſolvent denarios, quos ab ipſis indifferenter recipi volumus & dimitti. Si vero ipſas expoſuerint deducendas, tunc ſicut & noſtri Burgii debitum exſolvent theloneum, ſicut & *Veteris* civitatis noſtræ *Brandenburg* edocet conſuetudo. Inſuper & in aquis adjacentibus piſcandi facultatem cum *ruſis* magnis, & minutis retibus eisdem Burgiis indulgemus. Si quid autem utilitatis & commodi in foro ejusdem civitatis propriis poterint conſtruere laboribus, & expenſis, iisdem ſimiliter contulimus in uſus civitatis communi conſilio conventendum. Volumus etiam ut prædictæ civitatis, Burgii in omnibus noſtri dominii civitatibus oppidis, villis ſive locis, ad quæ cum ſuis acceſſerint mercibus, ab exactione thelonei, ſicut & noſtrarum civitatum ceterarum, alieni ſunt penitus, & exemti. Ut autem hæc noſtra collatio in perpetuum ſtabilis perſeveret præſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari. Hujus rei teſtes ſunt Fridericus de *Bertekow*, *Conradus* Advocatus in *Stargard*, *Albertus Marſcalcus* curiæ noſtræ, *Henricus* Capellanus curiæ noſtræ e. a. q. pl. Acta ſunt hæc in Spandow. Ao. Dni. MCCXLVIII. in die octava Sanctorum Innocentium.

## 64.

## M. Johann verleyhet der Altſtadt Brandenburg Luckenborg, Bleſendorff und den Callenberg. 1249.

Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. *Johannes* D. G. Marchio Brandenb. omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas, & humanæ memoriæ inſtabilitas exigit & requirit, ut ad notitiam poſterorum geſta præcedentium ſcriptis authenticis commiſſa commaneant, ne per oblivionem, quæ inimica ſolet eſſe poſteritatis argumenta veritatis obtenebrentur, & dubii quæſtio generetur. Proinde notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris, Chriſti fidelibus univerſis, quod nos utilitati & commodo *Antiquæ* civitatis noſtræ *Brandenburg* intendentes eidem villas *Luckenborch*, *Bleſendorp*, & montem qui *Callenberch* appellatur & dicitur, cum univerſis appendiciis, pratis, paſcuis ſive aquis eisdem villis adjacentibus, atque per directum usque in ſtagnum *Quentz* pertendentibus, adjecimus, & contulimus titulo perpetuo & nomine poſſidendas, volentes ut earundem villarum incolæ, qui pro tempore exſiſtunt, in eisdem jura ſive conſuetudines, ejusdem civitatis univerſaliter teneant & obſervent, nihil nobis in villis prædictis, præterquam noſtra judicia & feodalia, & locum qui *Kitz* dicitur, cum ſuis attinentiis reſervantes. Ut autem haec noſtra

collatio

collatio stabilis & immutabilis futuris temporibus perseveret, praesentem paginam conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Hujus rei testes sunt Burchardus de *Velewantz*, Gerardus de *Kerckow*, Petrus *Advocatus*, Walterus de *Brugge*, Thidericus de *Berckholt*, Fridericus de *Vordiz* Milites, & alii quam plures. Datum per manus Heidenrici Notarii an. Dni. MCCXLVIIII. Cal. Jul.

## 65.

### K. Wilhelm entlässet eine adeliche Dame der Reichs Pflicht an die Marckgraven zu Brandenburg gegen eine andre adeliche Dame, die ihnen pflichtig gewesen. 1253.

Wilhelmus D. G. Romanorum Rex semper Augustus, universis sacri imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam, salutem & omne bonum. Universitati cupimus fore notum, quod quaedam inter nos ex una, & nobiles viros, dilectos Principes nostros *Johannem* videlicet & *Ottonem* Brandenburgenses Marchiones, ex parte altera, personarum est variatio ordinata. Habuimus enim quandam personam foemineam, *Udam* nomine, uxorem videlicet *Richardi* de *Therewist*, *nobis & imperio attinentem*, quam dictis Principibus, ex consensu praedicti *Richardi*, pro alia persona fœminea, *Grita* nomine, uxore scilicet *Heidenrici* de *Hertbeck*, ipsis Marchionibus attinente, in concambio dedimus, volentes ut ipsa & eadem persona, cum omni posteritate sua ab ipsa descendente, dictis Marchionibus & eorum haeredibus attineat in perpetuum, sicut nobis & imperio usque ad haec tempora attinebat. Et ut haec nostrae. &c. &c. Act. & dat. *Brunswig* anno gratiae MCCLIII. XV. Cal. Martii. Indict. XI.

## 66.

### K. Wilhelm ertheilt den Marckgraven zu Brandenburg die Anwartschafft auf das Herzogthum Sachsen. 1252.

Wilhelmus D. G. Rom. Rex semper Aug. universis S. Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam salutem & omne bonum. Illustrium virorum precibus inclinata nostra Serenitas, & eaque dilectorum Principum votis competens per affectum, promptis desiderii occurrit nostra benignitas per effectum. Supplicante quidem nostro culmine dilecto principe nostro *Alberto*, *Duce Saxoniæ*, ut in omnibus bonis suis pheodalibus, quae idem Dux a nobis & imperio tenet, illud jus, quod vulgariter dicitur *Anevelle*, illustribus viris, *Johanni* & *Ottoni*, Marchioni-

chionibus Brandenburgensibus, Principibus nostris concedere dignaremur, ita, si praedictum *Ducem sine hærede contingat* decedere, vel *etiam si hæredes habuerit,* & eosdem infra annos discretionis, vel sine haeredibus contingerit exsolvere jura carnis. Nos itaque memorati *Ducis* precibus grato & benigno concurrente aspectu omnia bona sua pheodalia, quae idem *Dux* a nobis & imperio tenet, cum omni jure, quod *Anevelle* dicitur, ante dictis Marchionibus conferimus, & praesentis scripti testimonio confirmamus. Acta sunt haec Brunswici anno gratiae MCCLII. XV. Cal. Mart. Indict. II. in praesentia nobilium virorum, *Alberti Ducis* de *Brunswik*, Burkardi de *Querenvorde*, & *Hermanni* de *Warborch*, Henrici de *Garteslewe*, Richardi de *Tserwist*, Henrici *Pincernæ* de Spandowe, cum caeteris.

## 67.

## M. Johann bestätigt und vermehrt die Rechte und Güter der Stadt Prenzlow. 1252.

Aus der Gundlingischen Sammlung, und Grundmanns Ückermärkischen Adelshistorie.

J. N. S. E. J. Tr. Johannes D. G. Brand. Marchio omnibus in perpetuum. Acta praesentis temporis deperire solent in futurum nisi firmentur subsidio literarum. Etenim cum ex resignatione dilecti *consanguinei* & *fidelis* nostri Dni. *Barnimi*, illustris Slavorum Ducis, civitas *Prinzlow*, quae ab ipso fundata fuit, nostrae nunc ditioni subjecta noscatur, nostra interest, ejusdem civitatis utilitatibus ac commodis omni solicitudine providere. Harum ergo inspectione propensius elucescat tam praesentis quam futuris temporis hominibus universis, quod nos supra dictae civitati nostrae *Prinzlaw*, postquam ad nos pervenit, assignavimus CCL mansos, CC ex una parte aquae, quae *Ukera* vocatur, in illa videlicet, in qua civitas est constructa, & trans Ukeram L, eo tamen pacto, ut de mansis eisdem, eandem in festo B. Martini solvant ex integro pensionem, quam antea solvere consueverunt, quæ de quolibet manso dimidius ferto fuit. Addimus insuper præter agros cultui aptos loca quoque palustria civitati vicina, & hæc ad pascua deputamus, item jus Magdeburgense, videlicet quod dictæ cives civitatis hactenus habuisse poscuntur, ipsis etiam ut antea indulgemus. Eandem etiam habebunt in totius terræ nostrae districtu *thelonei libertatem*, quam habent illi de *Brandenburg*, & de *Berlin*, aliarumque nostrarum communia civitatum. Ad hæc omnia nunc de novo utilitati ejusdem adjicimus civitatis, ut Theatrum & quæcunque in ipso aedificanda duxerint, in usum ac commodum civitatis ipsius redigant & convertant. Simpliciter (similiter) & *stagnum adjacens*, quod *Ukerse* vocatur, integrum, & medietatem stagni,

ſtagni, quod *Meln* dicitur, ad emendationem donavimus civitatis. Ligna quoque ſuis neceſſitatibus oportuna ſecare licenter & afferre poterunt, ubicunque in partibus illis attingere ea poſſunt. Ut autem hæc præmiſſa fixa perpetuo maneant & firma, præſentem paginam ſuper ea conſcriptam ſigilli noſtri appenſione duximus muniendam, præſentibus fidelibus noſtris, Gerardo de *Kerkow*, Friderico de *Bertekow*, Albino *Marſcalco*, Henrico *Pincerna*, Henrico *Advocato* de *Stolp*, Henrico de *Stegelitz*, Johanne de *Bentz*, Burkardo de *Gnewekow* & a. q. pl. militibus atque ſervis. Dat. per manum *Johannis Plebani* de *Stolp* noſtri tunc Notarii an. MCCLII. Ind. IX. XV. Cal. Febr.

## 68.

## M. Johann ſtifftet die Stadt Franckfurt an der Oder. 1253.

J. N. S. E. J. Tr. Amen. *Johannes* D. G. Brand. Marchio omnibus in perpetuum. Humanæ actiones facillime a memoria laberentur, ſi non ſcripturarum teſtimonio firmarentur. Nam fidele teſtimonium habet ſcriptura, quæ intereuntibus hominibus, quæ ſibi commendantur, non ſinit aliquatenus interire. Proinde notum eſſe volumus tam præſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus univerſis, ut cum nos de maturo fidelium noſtrorum conſilio civitatem *Vranckenforde Godino* dicto *de Hercyberg* dedimus conſtruendam, eidem civitati appoſuimus CXXIV manſos in paſcuis & in agris, ita quod de quolibet illorum videlicet CIV manſorum, ad agriculturam redigendorum, unius fertonis annualis nobis penſio debeatur. Inſuper LX manſos ex oppoſito ſitos *trans Oderam* dictæ civitati adjecimus, quorum ſinguli videlicet, qui coli poterunt, fertones ſingulos civitatis prædictæ, exſpirante libertate ſimiliter nobis ſolvent; reliqua in communes uſus civitatis proinde redigenda. Dedimus etiam ejusdem civitatis incolis pratum & inſulam quandam agris ipſorum contiguam, & in fine eorundem ſitam. Exſpirantibus itaque VII annis, quos eidem civitati a feſto Martini venturo nunc proxime in antea indulſimus libertatis, ipſam civitatem eodem jure, quo civitatem *Berlin* gaviſam eſſe volumus & contentam. Præterea in civitate prædicta, ſive ementes ſint ſive vendentes, de duobus ſolidis levium denariorum vel de uno ſolido gravium, vel infra, nec etiam de leguminibus, ovis, caſeis, butyro, aleco, & de piſcibus, & ſingulariter de manu venditis, nullum omnino dabunt theloneum, nec etiam dare cogentur; qualescunque enim merces ad dictam civitatem ductæ fuerint, de ipſis debitum dabitur theloneum, & de mercibus ex ipſis denariis comparandis immedia-

In der Gundlingiſchen Sammlung. NB. Dieſe Urkunde mangelt in der vorigen Copie ihres Schluſſes u. Zeugenverzeichniſſes.

te nullum dabitur theloneum, nec etiam exigetur; volumus etiam ut depositio mercium, quæ in vulgari *Nederlage* dicitur, apud ipsam civitatem maneat, alias nullatenus transferenda. Porro theatrum, & quicquid in ejusdem civitatis foro utilitatis construere poterunt, illud in usus civitatis decrevimus reponendum, reservata nobis nihilominus in *theatro* & *in nundinis* de *singulis stationibus* certa trium penariorum pensione. Similiter id ipsum in foro apud S. Nicolaum habendo & sub forma prædicta volumus observari. Pontem quoque, si propriis construxerint laboribus, & expensis, ad usus civitatis dedimus liberum, & solutum, ita tamen, quod inde dandum est theloneum de nostro & Burgensium arbitrio statuatur. Item in *Odera* supra civitatem sursum ad milliare, & in descensu ad dimidium milliare, communiter omnibus piscandi, venandi etiam lepores, perdicesque, & alias aves capiendi, deductionis causa, *non quæstus*, ut easdem vendant, liberam contulimus facultatem. Si vero tempore succidente trans *Oderam* in loco qui *Zliwitz* dicitur, aliam construi decrevimus civitatem, in ipsa prædictæ civitatis *Scultetus* illud jus obtinebit, quod nunc sibi est in ista civitate concessum. Ut autem prædicta omnia a nobis & a nostris successoribus inviolabiliter observentur, præsentem paginam &c.

## 69.

## M. Johann und Otto überlassen B. Gernanden zu Brandenburg ihre Capelle daselbst, welches sie B. Otten bestätigen. 1254.

Aus der Süßmilchischen u. Gundlingischen Sammlung.

Johannes & Otto D. G. Brandenb. Marchiones, omnibus in perpetuum. Facta præterita sæpius recitata & in scriptis redacta, magis elucescunt, & memoriæ hominum quæ labilis est, imprimuntur, & scripturarum testimoniis roborantur. Hinc est quod notum facimus tam præsentibus, quam futuris Christi fidelibus, quod nos jam dudum *Capellam* in Brandenburg, & reditus attinentes ad eam Venerabili in Christo Patri, Dno. *Gernando* bonæ memoriæ Episcopo Brand. ad usus Episcopales contulimus, & ut cavillatoribus quibuslibet, volentibus Episcopos, qui pro tempore fuerint, super Capella ista in præjudicium nostræ donationis indebite molestare, malignandi infamia præcludatur, hanc nostram donationem iteravimus, immo donationem potius jam dudum factam in persona venerabilis Patris, *Dni. Ottonis*, Brand. Episcopi declaravimus ad instantiam ipsius precum, ipsam Capellam ipsi integre cum suis reditibus conferendo, ut tam suis, quam successorum suorum usibus perpetuo perseveret. Datum *Segeser* anno Domini MCCLIV. III. Non. Octobr.

70.

70.

## M. Johann und Otto verleyhen dem Capitul zu Brandenburg die Patronatrechte zu Kötzin, wie auch den Archidiaconat und Pfarre zu Mittenwalde und Köpenick. 1255.

J. N. S. E. J. Tr. *Johannes* & *Otto* D. G. March. de Brandb. omnibus in perpetuum. Licet omnis actio, quæ rationi innititur, & titulis justitiæ insignitur, perpetuæ validitatis robore sit firmanda, ea tamen potissime, quæ in sui natura nihil continet terrenorum, immo specialiter deputata est usibus Jesu Christi, hoc est in ministerio sanctæ religionis proposito famulantium Jesu Christo, autoritate principali ratam & rationabilem esse decet, & sicut juste & debite concepta fuerit, atque facta sit, sic decenter ac utiliter ad evitandam contradictionem in posterum scriptis authenticis consideranda. Proinde notum esse volumus tam præsentibus quam fidelibus Christi futuris universis, quodnos piis Patris nostri memoriæ recolendæ vestigiis inhærentes, ob spem salutis & gratiæ promerendæ *Collationem in parochia de Cotsin*, ab eodem Patre nostro *Ecclesiæ B. Petri Apostolorum* Principis in *Brandenburg* olim factam, nunc de maturo fidelium nostrorum consilio duximus innovandam, conferentes *ipsam* Parochiæ dictæ ecclesiæ cum omni juris plenitudine proprietatis titulo perpetuo possidendam. Huic etiam Parochiæ II. mansos & aream in oppido *Cotsin* nomine dotis, & Parochiam inde *Clebelock* similiter cum II. mansis adjecimus. Parochiam quoque de *Middenwolde*, & Archidiaconatum *Copenik* & *Middenwolde* attinentem, quem Siquidem Archidiaconatum cum Parochia *Middenwolde* is, qui pro tempore Brandenb. ecclesiæ fuerit Præpositus, a nobis recipiet, ut specialis noster exinde *Capellanus* & re& nomine dici possit. Pro hujusmodi ergo beneficiis dictæ ecclesiæ a nostra liberalitate pie collatis ejusdem ecclesiæ fratres in laudem & gloriam Jesu Christi ac gloriosissimæ matris ejus dicent pro nostra & hæredum nostrorum incolumitate & salute specialiter diebus singulis unam missam, & in nostro obitu & in singulis nostris anniversariis perpetuo in Eleemosyna annis singulis dimidium chorum dabunt, ut Deus omnipotens ab earundem Eleemosynarum ac dictorum fratrum orationum suffragia nostri misereatur, peccatorum nostrorum indulgentiam largiatur. Ut autem hæc nostra donatio fratribus Deo in eadem ecclesia famulantibus, fiat quoad temporale subsidium fructuosa, & ne etiam ab aliquibus successoribus immutari valeat vel infringi, præsentem paginam conscribi fecimus, & sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta sunt hæc Liewenwalde præsente Ven. Dno. *Ottone* Brand. eccl. Episc. Præsentibus etiam *Petro*, Brand.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Præpos. Magistro *Thiderico* de *Neudorp*. *Wernero*, Archidiac. de *Luchow*, Gerhardo de *Kircho*, *Johanne Gans*, Hinnerico *Pincerna*, Alberone *Marscalco*, Hinrico de *Snetlinge* c. a. q. pl. Datum per manum *Heidenrici* Capellani nostri. A. D. MCCLIV. V. Id. Decembr.

## 71.

## Ablaß für Stepenitz, wegen des heiligen Blutes daselbst. 1256.

In der Süßmilchischen Sammlung.

Diese Urkunde sagt nicht eigentlich, wer sie ausgestellet. Ohnezweifel aber ist sie von dem darin benannten Zeugen B. Henrich von Kerckow zu Havelberg.

J. N. S. E. J. Tr. Vesperascente & inclinato jam die mundiali, refrigerascente charitate multorum, qua olim flagrabant corda multorum, sacra memoranda honorabilium personarum obruuntur silentio, humanis mentibus in caducis & lubricis defixis, ac hoc penitus jam naufragio mundanæ tempestatis totaliter submersis, post tergum jaciuntur & ventis traduntur, divinæ moderationis tam modernis quam prædecessoribus exhibitæ, quia plerique cœcata mente conantur evidenti veritati & mentes proximorum subvertere, vaniloquio exsecrabili asserentes, *ecclesiastica sacramenta* (*) immutata fingi avaritiæ causa, quod a veris Catholicis non speramus fieri, nec ab orthodoxis ecclesiis volumus admitti, certificantes omnes mortales, si mater ecclesia ingremiat tam cœlestes operatores, si subtrahuntur de medio absque pœnitudine, exhæredabuntur æterna beatitudine ipso districtius ulciscente, in quo deliquerunt patiente. Ab hac injuria pluries multis debite seu indebite objecta defensamus, ac integraliter eximimus vineam Dei Zabuoth dictam *Stepenitz*, quæ plantata est a nobili fundatore, Seniore Domino *Johanne* dicto *Gans*, qui hanc inter reliquos fructus temporalis stipendii, vere vitis uva fertili, verissimo pretio nostræ redemtionis fuso, dum furore Judaico confossus est murus fortissimus, Deo nostro operante salutem a retroactis seculis optatam, propugnaculo inexpugnabili novem mensibus in virginali utero constructo, & tempore oportuno in modo terræ erecto, cum pendens ille gygas fortissimus in ruinam & resurrectionem multorum expansis manibus pacem nunciavit, tam his qui longe, quam illis qui prope erant. Ne ergo quemlibet moveat, qualiter hoc sacramentum ad has partes devenerit, protestamur præsenti pagina, quod *Soldanus contulit* egregium *donum prædicti sanguinis Dominici* Illustrissimo Principi, Dno. *Ottoni Imperatori* cum visitaret loca sancta devotione debita. Quo de medio sublato *quidam nobilis* hujus secreti conscius, *sustulit* de abdito loco omnibus insciis absconditum *præfatum sacramentum*, & donavit jam memorato Dno. *Johanni* Seniori dicto *Gans*, qui ad regionem propriam

jam

(*) Heiligthümer oder Reliquien sind hier gemeinet, dahin auch das Stepenitzische Blut Christi gehöret.

jam sæpe dictum sacramentum pretium nostrum detulit, & apud se ut decuit honeste reservans, *sanctimonialibus* in *Stepenitz* contulit, quod omnibus donis præferentes venerantur, ut decet veras Jesu Christi dilectrices. Experimenti indicio testificamur, quod Dominus miraculorum operator multis subveniat, tam ægrotis quam tribulatis hoc sacramentum in isto loco quærentibus, & devotione fideli offerentibus, & indulgentiam humiliter petentibus. Hæc est indulgentia, quæ datur omnibus devote sanguinem salutantibus, ac sacrificio debito venerantibus. Quatuor anni dies Octoginta, Sexaginta, Quadraginta, & Quatuor Karenæ. Hujus rei testes affuerunt Vener. Episcopus Dnus. *Henricus* de *Kerkowe*, Senior Dnus. *Johannes* dictus *Gans*, ac filius ipsius, ac Dnus. *Heythenricus*, dictus *Schütte*, ac religiosa Domina *Gertrudis* prima hujus loci *Abbatissa*, & sacra femina Christiana, Abbatissa & Scholastica nostra Hildesidis. Ad tantæ argumentum rei & ad veræ fidei augmentum discretissimus ac prudentissimus Dnus. *Johannes Havelbergensis* Antistes hanc membranam sigillo suo roboravit, ac *nobilis Dominus*, *Otto* dictus *Gans* pari devotione sigillum suum appendit. Datum in *Stepenitz*, anno gratiæ MCCLVI. in die S. Michaelis, concurrente V. epact. VI.

## 72.

## Gr. Günter von Arnstein begnadiget die Stadt Ruppin mit allerley Einkünften und Rechten. 1256.

*Guntherus* de *Arnsten*, Comes in *Mulingen*, universis praesentem paginam inspecturis in perpetuum. Ab humana siquidem elabunter memoria quae nec scripto testimonio, nec vocibus testium æternantur, hinc est quod notum esse volumus, praesentibus & futuris, quad nos tam propter dilectionem civitatis nostrae *Rupyn*, tam propter commodum & utilitatem ejusdem, quosdam proventus, nobis in duplici, praefecto vero nostro in parte tertia pertinentes, civitati, i. e. *Consulibus* ejusdem civitatis nostrae donavimus, libere percipiendos perpetim & quiete. Sunt etenim hi, census videlicet *Theatri*, *antiqui fori*, *Cellarii de subtus constructi*, *Macellorum carnificum* quotquot constructorum, *Mensarum sartorum*, *Mensarum piscium*, *Pontis allecum*, insuper & *Domus institorum*, pariter & pellificum hoc interposito, quod census, qui nobis debuit, de fundo hujus domus sine repulsa & murmure annis singulis persolvatur. Praeterea ut omnis rancoris scrupulus & controversiae, qui surgere posset inter Judices, dictae civitatis nostrae, Advocati videlicet & Praefecti ex parte una, & consulum ex parte altera penitus discinda-

Aus der Gundlingischen Sammlung.

tur, eisdem consulibus, si qui pro tempore fuerint, quaedam specialia jura, quae civitas Marchionum Brandenburg. Johannis & Ottonis *Stendal* scilicet habere dignoscitur, donavimus cum praemissis. Sunt etenim haec: Quicunque *pistor* panem suum reprehensibilem fecerit, si convictus fuerit, Consulibus id est civitati cum XXXVI solidis emendabit. In *vina* talis est forma, quod cuilibet suum vinum vendere licebit, in quocunque loco, ita duntaxat, ut de *Cuppa* is, qui vinum vendiderit, IV. solidos consulibus repræsentet, & ut hoc vinum in sui valore antequam vendatur a consulibus primitus ordinetur. Itidem si *venditor vini* vinum per mixturas corruperit, sive falsam mensuram dederit cum totidem solidis emendabit. Item quicunque in cujuslibet liquoris mensura falso processerit, dictae sententiae subjacebit. Item quicunque *carnificum* immundas carnes in macello suo vendiderit, damnum quod praemisimus sustinebit. Hoc tamen ipsis decrevimus concedendum, ut quicunque non laudabiles carnes habuerit, de foris macellum ipsas vendat, ut competis supra mensam. Judices quoque nostros ab omni jurisdictione Consulum liberos esse volumus & exemtos. Cum *penesticis* vero ita est diffinitum, quod quisquis in foro in eo, quod vulgo *Meinkopp* dicitur, deprehensus fuerit, ut dictum est de ceteris emendabit. Sin autem cum virgis & alias publico, in foro punietur. Item quicunque in falso pondere, i. e. trutina, libra, sive ulna vel etiam modio falso deprehensus fuerit & convictus, ut praedictum est jam quam saepius emendabit, salvo tamen per omnia jure nostro. De *ortis* (hortis) vero extra civitatem expositis & exponendis dictis Consulibus potestamen dedimus sic & censum. Insuper emendationes domorum, quas vulgo *Vorsollere* nominant, & eroderationes fontium volumus ut consilio Consulum ordinentur. Quicquid vero alias in dicta civitate nostra ædificandum est, quod bono possit cedere civitatis firmiter statuimus, ut nostrum fiant hujusmodi per consensum. De lignis vero communitati civitatis pertinentibus, praecisa fuerint vel vastata, ipsis Consulibus secundum formam praenotatam commimus corrigendum. Item *laneus textor*, sive *lineus*, si cum falsis filis vel pannis deprehensus fuerit, ut praedictum est emendabit, & haec in foro publice comburentur. Ceterum decrevimus, ne insulsi pisces secundo ad fora deferantur, & sic, ut saepe dictum & venditor ipsorum XXXVI solidis emendabit. Item quicquid Consules de *mensura salis* justo modo consequi poterunt, ipsis indulsimus, jure tamen Thelonearii bene salvo. Quicunque vocati a Consulibus super dictis excessibus corrigendis venire contemserint, quinque solidis emendabunt. Adhoc decrevimus una cum consensu universitatis, ut Consules Consulibus suo tempore substituendis consul-

consulant assumtis quibusdam discretioribus civitatis. Ne igitur hoc decretum (datum, in Copia) nostrum in irritum deducatur, praesentem paginam sigillo nostro & nominibus eorum, qui intererant fecimus roborari. Sunt etenim hi: *Albertus* de *Luge*, *Borchardus Beneſſen*, *Heidenricus Hobusc*, *Heinricus Vridach*, *Hoyerus de Buscove* milites, nec non *Rimbart Advocatus*, *Hugo Præfectus*, & sui filii, *Salomon Monetarius*, Lambertus de *Moringe*, Johannes de *Schalenberg*, Bertoldus *Plumcow*, Hermannus *Sutor*, Consules, e. a. q. pl. Datum *Alten Rupyn*, per manum Sibodonis Notarii, assidente *Arnoldo* Plebano in *Steuin*. A. D. MCCLVI. VII. Id. Mart.

(Die Copie hat computens, das aber gar kein Wort ist.)

## 73.

## M. Johann und Otto verleyhen der Stadt Pritzwalck Seehausisches Recht. 1256.

J. N. S. E. J. Tr. *Johannes* & *Otto* D. G. Marchiones Brandenb. omnibus in perpetuum. Accedentes ad nos dilecti cives nostri de *Pritzwalck* nobis humiliter supplicaverunt, quatenus *ipsis talia indulgere jura* ac concedere curaremus, *qualia cives nostri de Seehusen* noscuntur antiquitus habuisse. Quorum precibus ipsorum exigentibus illico cupientes annuere animo liberali *eadem jura ipsis* duximus *conferenda*, inferentes eadem presenti cedulae (schedulae) prout continetur inferius in hunc modum:

(Aus der Gundlingischen Sammlung.)

Si in dicta civitate *Pritzwalck duo legitime sociati* vivunt, moriente altero ipsorum, vivens obtinebit *dimidiam partem hæreditatis*, & alteram partem haeredes. Illegitimis vero servabitur jus generale undique comprobatum. Item si *servus* aut *ancilla intrarunt civitatem Pritzwalck*, & *manserint in ipsa per diem & annum*, *propter gratiam plenam in ea obtinent libertatem*. Item si aliquis vir duxerit uxorem, vel femina virum, & receperit partem haereditatis suae, si moriente uno parente non velit partem hæreditatis suæ tollere, cum hæredibus referat partem dimidiam quam accepit, si uterque parens moritur, referat totam summam, aut supersedeat. Item si aliquis vir moriente uxore sua, vel femina moriente viro suo habuerit parvulos, quibus non divisit hæreditatem, si vir ducit aliam uxorem, vel femina nubit alteri viro, hæredes tollent tres partes hæreditatis, & vir vel femina quartam partem. Item si vir moriente uxore sua, vel femina moriente viro suo habuerit parvulos, quibus hæreditatem divisit, & illi mortui fuerint, antequum contraxerint matrimonium, dimidia pars hæreditatis illorum revertetur ad parentem, & altera pars cedet proximis in linea consanguinitatis. Item si duo fuerint

fuerint legitime ſociati, & plaga mortis intervenerit prima nocte copulæ ipſorum, dimidia pars hæreditatis cedit hæredibus utrorumque. Item ſi duo legitime ſociati moriuntur ſine parvulis, hæreditas ipſorum redit ad utrumque parentem. *Conſulibus etiam civitatis* hanc indulſimus poteſtatem, ut ſi *piſtor excedit*, tres ſolidos perſolvat in vadio, qui excedit in *refectione pontis*, tres ſolidos perſolvat. Item *exceſſus modii*, vel *ulnæ* aut *ponderis*, vel exceſſus in *menſura cerevisiæ* decem & octo ſolidos perſolvat. Ad commune opus civitatis non veniens tres ſolidos perſolvet. Item *nullus civis* de *Pritzwalck debet occupari* vel detineri in *aliqua civitate* Marchiæ, niſi primo fuerit accuſatus coram ſuo Judice. Item ſi *ſerviens pro pretio* in ſervitio Domini ſui perdit vitam ſuam, Dominus non tenetur de morte ipſius, niſi ut perſolvat ipſi pretium. Nec *ſervus aliquis* per litigium vel per ludum equum vel cetera bona Domini ſui perdere vel vendere poteſt. Item ſi quis civium dictæ civitatis accommodaverit bona ſua homini cuiquam, debitor tenetur ipſi reſpondere in civitate, exceptis noſtris miniſterialibus, militibus atque ſervis. Item ſi aliquis pro crimine ſibi impoſito in civitate Pritzwalck in vinculis detineatur, nemo ipſum per violentiam excipiet, ſine voluntate civitatis, niſi ſit Dominus terræ. Si aliquis *advena* moritur ſine hæredibus, civitas debet bona ſua conſervare per diem & annum, & ſi nemo venerit requirens bona tempore intermedio, bona ipſius tradentur Poteſtati. Item quicquid ædificatur in civitate *Pritzwalck* ad uſus civitatis, civitas debet uti eo ipſo ædificio quantum poteſt ſine damno & detrimento noſtri cenſus. Neque aliquis *incidet pannum*, in dicta civitate, ſine conſenſu *Fraternitatis Mercatorum.* In communi cenſu quatuor denarios quævis area dabit. Item ſi aliquis civis de civitate Pritzwalck querimoniam fecerit de ſuo concive, extra civitatem Pritzwalck, niſi ipſum primo cauſaverit coram Judice ſuo, perſolvat vadicum Poteſtati & civitati ſuum vadium. Ne autem ſuper his cavilloſa poſſit inpoſterum rimula inveniri, præſens ſcriptum noſtrorum ſigillorum appenſionibus duximus roborandum, teſtes fideles & idoneos adhibentes, quorum nomina ſunt haec: *Johan Gans* de Perlebergh, Albertus de *Redekesdorp*, Albertus de *Wanighe*, Wernerus de *Arneborgh*, Hubertus de *Uchtenhagen*, Ulricus de *Crücher*, Bertramus de *Briens*, Conradus de Oſterborgh, c. a. q. pl. Dat. Sandowe, A. D. MCCLVI. X. Cal. Aug. per manum Henrici Curiæ noſtræ Notarii. p. p.

74.

## M. Johann stiftet die Stadt Neu-Landsberg an der Warta. 1257.

J. N. S. E. J. Tr. *Johannes* D. G. Brandenb. Marchio omnibus in perpetuum. Humanae actiones facillime a memoria laberentur, si non scripturarum testimonio firmarentur. Nam fidele testimonium habet scriptura; quae intereuntibus hominibus ea quae sibi commendantur, non finit aliquatenus interire. Proinde notum esse volumus, tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos fideli nostro *Alberto* dicto de *Luge*, civitatem nostram *Landisberch Novam*, liberam construendi in hunc modum contulimus facultatem: videlicet, quod pars tertia totius census, tam de areis qaam de mansis sit ipsius, sicut & tertius in civitate denarius per judicium acquisitus. Huic etenim civitati nostrae adjecimus CIV. mansos ad agriculturam, & L. in pascuis deputatos, ita ut de quolibet manso colendo dimidius Ferto Brandeburgensis monetæ in pensione annua nobis detur, ejusdem civitatis libertate, quam a festo Martini nunc futuro proxime ad decem annos durare volumus, integraliter exspirante. Expletis ergo prædictis decem annis, *jus Brandenburgense* habebunt homines civitatis praedictae, & ipsorum libertate durante prorsus theloneum nullum dabunt, qua completa terminis Burgensium de Brandenborch in dando ex tunc theloneo & gratia contenti erunt. Item piscatio in aqua *Neze* sursum ad dimidium, & deorsum ad integrum milliare omnibus piscari volentibus erit communis. Insuper quicquid de aedificiis in ejusdem civitatis foro construendis durante libertate provenerit, in usus civitatis libere totum cedet, & eadem expleta, nos de qualibet statione duos percipiemus denarios, & Schultetus unum. Reliqua vero in usus civitatis redigentur. Similiter in molendinis in aqua *Cladowe* infra civitatis terminos & agrorum construendis Schultetus partem tertiam obtinebit. Tandem quoque civitatem infra hinc & festum Martini firmabimus plancis decentioribus atque fossis. Præterea extra civitatis terminos memoratae, contulimus Schulteto memorato LXIV. mansos titulo pheodali, in quibus si molendina construi poterunt, & fundari liberam construendi habebit facultatem, quorum & fructus omnes percipiet sine nobis. Ut autem praedicta omnia a nostris haeredibus observentur firmiter in futurum, praesentem paginam conscribi jussimus & sigilli nostri munimine roborari, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina haec sunt, *Henricus Pincerna* de *Zpandowe*, Henricus de *Snetlinge*, Henricus de *Werbene*, Henricus de *Thenis*, milites, & cet. q. pl. fide digni. Dat. per manus Heidenrici Capellani. A. D. MCCLVII. in die S. S. Processi & Martiniani.

Aus der Schöttgen-Kreysigschen Sammlung.

## 75.

## M. Johann verleyhet der Stadt Landsberg an der Warta die Niederlage. 1257.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Nos *Johannes* D. G. Brand. Marchio, recognoscimus, & literis praesentibus publice protestamur, quod commodo & utilitati dilectorum Burgensium nostrorum de *Landisberch* modis quibus possumus intendentes Depositionem mercium, quae in vulgari *Nederlage* nuncupatur, ipsis & ad civitatem praedictam fieri permittemus, cum hoc una cum Schulteto civitatis memoratae, civitati & hominibus in ea degentibus viderimus expedire, dantes ipsis in testimonium, ut hoc fiat, praesentes nostras literas sigilli nostri munimine roboratas. Actum Stolp. A. D. MCCLVII. Praesentibus Henrico *Pincerna* de *Spandowe*, Henrico de *Snetlinge* Henrico de *Werbene* & Henrico de *Thenis* & Henrico curiae nostrae Capellano.

## 76.

## B. Otto vergleichet sein Capitul zu Brandenburg und das Kloster zu Lenin über einige Irrungen. 1258.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Otto D. Gr. Brand. eccl. Episcopus, omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas & humanae rei instabilitas exigit, ut ad notitiam succedentium gesta praecedentium scriptis authenticis commendentur, ne per oblivionem, quae inimica solet esse posteritatis, obnubilentur, & dubii quaestio generetur. Ea propter ad notitiam universorum volumus pervenire, quod simultatem & controversiam, quae per aliquod tempus inter ecclesiam *Brandenburgensem*, & *Lengnensem*, est versata, de tricesima annonae duarum grangiarum, sc. *Wachowe* & *Golitz*, prout officii nostri erat sedare, pacemque inter ipsas ecclesias reformare, cupientes, vocatis partibus in nostra praesentia, & proposita utriusque causa, nos murum contra impetum hujus opposuimus simultatis, amicabilem concordiam inter jam dictas ecclesias, indissolubile vinculum pacis caritatisque statuentes, ut jam dicti fratres de *Lengn*, Dnis. Brandenburgensibus adducant annuatim & presentent in navim in villa quæ dicitur *Zuchedam* XXI. *choros*, videlicet IX. choros siliginis, IV. choros ordei, & VIII. choros avenae, ipsam annonam Brandenburgensi modio in ipsa navi metientes. Pradicti vero fratres Leninenses ipsam advehentes Dnis Brandenburgensibus intimabunt, ut parati recipiant, ne utrique parti offendiculum generetur. Praeterea sciendum, quod quam diu dictam annonam ipsis non praesentaverint, quicquid detrimenti sustinuerint, in dampnum Leninensis ecclesiae redigetur. Postquam

quum vero in navim praesentaverint, si aliquid detrimenti inde venerit, in dampnum Brandenburgensium redundabit. De minuta vero decima sic est a nobis ordinatum, ut jam saepe dicti fratres Leninenses supra dictis Brandenburgensibus Dominis annuatim talentum persolvant; pro quo redimendo cum multum Brandenburgenses cum Leninensibus discordarent, Leninenses nobis XV. talenta denariorum Brandenburgensium persolverunt, & nos Brandenburgensi ecclesiae pro bono pacis & concordiae talentum assignavimus memoratum, & ipsa ecclesia assignatione hujusmodi est contenta. Notandum etiam ut duo mansi in *Golitz*, doti pertinentes in praefata compositione comprehenduntur. Quaecunque vero pars supra ordinatam compositionem infringere attemptaverit, alteri parti XX. marcas pro emenda solvere non obmittat. Ne autem hujus compositionis forma in futurum ab aliquo valeat violari, praesentem paginam sigilli nostri, nec non & Dni. Abbatis Leninensis appensione & testium subscriptione duximus roborandam. Hujus autem rei testes sunt, *Petrus*, Praepositus, *Hinricus* Prior, *Albertus* Plebanus, Lambertus Cellarius, Canonici Brandeburg. Ecclesiae, *Johannes Abbas*, Richardus Prior, Theodoricus Cellarius, *Monachi Leninensis* ecclesiæ, e. a. q. pl. Acta sunt haec A. D. MCCLVIII. Pontificatus nostri anno VI. Id. Febr. Datum in *Pritzerwe* per manum nostri Notarii, *Magistri Walteri*, Plebani de Jezere.

## 77.

## M. Johann, und M. Otto bestätigen, jeder besonders, als Lehns-Herren, die Aufhebung des Zolls zu Zerbst, die Richard von Zerbst für gut gefunden. 1259.

Johannes D. Gr. Brand. March. Christi fidelibus universis præsentes literas inspecturis salutem in vero salutari. Recognoscimus & literis præsentibus protestamur, quod honorabilis vir, *Richardus* Dominus de *Tserewist*, fidelis noster dilectus, in nostra constitutus præsentia recognovit, quod ad Dei laudem & honorem theloneum suum in prædicta civitate sua de rebus minutis & magnis sibi continue exsolvendum relaxaverit simpliciter & ex toto. Quam siquidem relaxationem, cum ad nos *ratione superioris dominii* dicti facti pertineat confirmatio, gratam ac ratam habentes, ipsam præsentis scripti testimonio confirmamus, tradentes in testimonium hujus confirmationis præsentes literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum & actum A. D. MCCLIX. in vigilia S. Martini.

Aus der Sückmillerschen Sammlung.

*Otto* D. G. Brand. Marchio —— recognovit, quod theloneum in civitate sua *Cherwist* tam de magnis quam de minutis, nec non de rebus singulis exsolvendum

## 75.

## M. Johann verleyhet der Stadt Landsberg an der Warta die Niederlage. 1257.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Nos *Johannes* D. G. Brand. Marchio, recognoſcimus, & literis praeſentibus publice proteſtamur, quod commodo & utilitati dilectorum Burgenſium noſtrorum de *Landisberch* modis quibus poſſumus intendentes Depoſitionem mercium, quae in vulgari *Nederlage* nuncupatur, ipſis & ad civitatem praedictam fieri permittemus, cum hoc una cum Schulteto civitatis memoratae, civitati & hominibus in ea degentibus viderimus expedire, dantes ipſis in teſtimonium, ut hoc fiat, praeſentes noſtras literas ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum Stolp. A. D. MCCLVII. Praeſentibus Henrico *Pincerna* de *Spandowe*, Henrico de *Snetlinge* Henrico de *Werbene* & Henrico de *Thenis* & Henrico curiae noſtrae Capellano.

## 76.

## B. Otto vergleichet sein Capitul zu Brandenburg und das Kloster zu Lenin über einige Irrungen. 1258.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

*Otto* D. Gr. Brand. eccl. Epiſcopus, omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas & humanae rei inſtabilitas exigit, ut ad notitiam ſuccedentium geſta praecedentium ſcriptis authenticis commendentur, ne per oblivionem, quae inimica ſolet eſſe poſteritatis, obnubilentur, & dubii quaeſtio generetur. Ea propter ad notitiam univerſorum volumus pervenire, quod ſimultatem & controverſiam, quae per aliquod tempus inter eccleſiam *Brandenburgenſem*, & *Lengnenſem*, eſt verſata, de triceſima annonae duarum grangiarum, ſc. *Wachowe* & *Golitz*, prout officii noſtri erat ſedare, pacemque inter ipſas eccleſias reformare, cupientes, vocatis partibus in noſtra praeſentia, & propoſita utriuſque cauſa, nos murum contra impetum hujus oppoſuimus ſimultatis, amicabilem concordiam inter jam dictas eccleſias, indiſſolubile vinculum pacis caritatiſque ſtatuentes, ut jam dicti fratres de *Lengn*, Dnis. Brandenburgenſibus adducant aunuatim & preſentent in navim in villa quæ dicitur *Zuchedam* XXI. *choros*, videlicet IX. choros ſiliginis, IV. choros ordei, & VIII. choros avenae, ipſam annonam Brandenburgenſi modio in ipſa navi metientes. Pradicti vero fratres Leninenſes ipſam advehentes Dnis Brandenburgenſibus intimabunt, ut parati recipiant, ne utrique parti offendiculum generetur. Praeterea ſciendum, quod quam diu dictam annonam ipſis non praeſentaverint, quicquid detrimenti ſuſtinuerint, in dampnum Leninenſis eccleſiae redigetur. Poſtquam

quum vero in navim praesentaverint, si aliquid detrimenti inde venerit, in damp- num Brandenburgensium redundabit. De minuta vero decima sic est a nobis or- dinatum, ut jam saepe dicti fratres Leninenses supra dictis Brandenburgensi- bus Dominis annuatim talentum persolvant; pro quo redimendo cum multum Brandenburgenses cum Leninensibus discordarent, Leninenses nobis XV. talenta denariorum Brandenburgensium persolverunt, & nos Brandenburgensi ecclesiae pro bono pacis & concordiae talentum assignavimus memoratum, & ipsa eccle- sia assignatione hujusmodi est contenta. Notandum etiam ut duo mansi in *Go- litz*, doti pertinentes in praefata compositione comprehenduntur. Quaecun- que vero pars supra ordinatam compositionem infringere attemptaverit, alteri parti XX. marcas pro emenda solvere non obmittat. Ne autem hujus compositionis forma in futurum ab aliquo valeat violari, praesentem paginam sigilli nostri, nec non & Dni. Abbatis Leninensis appensione & testium subscriptione duximus robo- randam. Hujus autem rei testes sunt, *Petrus*, Praepositus, *Hinricus* Prior, *Al- bertus* Plebanus, Lambertus Cellarius, Canonici Brandeburg. Ecclesiae, *Johan- nes Abbas*, Richardus Prior, Theodoricus Cellarius, *Monachi Leninensis* ecclesiæ, e. a. q. pl. Acta sunt haec A. D. M.CLVIII. Pontificatus nostri anno VI. Id. Febr. Datum in *Pritzerwe* per manum nostri Notarii, *Magistri Walteri*, Plebani de Jezere.

## 77.

## M. Johann, und M. Otto bestätigen, jeder besonders, als Lehns-Herren, die Aufhebung des Zolls zu Zerbst, die Richard von Zerbst für gut gefunden. 1259.

*Johannes* D. Gr. Brand. March. Christi fidelibus universis præsentes literas inspe- cturis salutem in vero salutari. Recognoscimus & literis præsentibus prote- stamur, quod honorabilis vir, *Richardus* Dominus de *Tserewist*, fidelis noster di- lectus, in nostra constitutus præsentia recognovit, quod ad Dei laudem & honorem theloneum suum in prædicta civitate sua de rebus minutis & magnis sibi continue exsolvendum relaxaverit simpliciter & ex toto. Quam siquidem relaxationem, cum ad nos *ratione superioris dominii* dicti facti pertineat confirmatio, gratam ac ra- tam habentes, ipsam præsentis scripti testimonio confirmamus, tradentes in testi- monium hujus confirmationis præsentes literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum & actum A. D. MCCLIX. in vigilia S. Martini.

Aus der Süßmilchi- schen Samm- lung.

*Otto* D. G. Brand. Marchio —— recognovit, quod theloneum in civitate sua *Cherwist* tam de magnis quam de minutis, nec non de rebus singulis exsolvendum

ſimpliciter relaxaverit & ex toto. Nos igitur cum ejusdem thelonei relaxatio ad nos ratione dominii pertinere videatur, ejusdem Dni. *Richardi* factum ſive donationem gratam ac ratam habentes, ipſam præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Tradentes in hujus teſtimonium noſtræ confirmationis præſentes literas, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum & actum A. D. MCCLIX. in vigilia Martini.

## 78.

## Erzb. Ruprecht zu Magdeburg verſichert der Stadt Zerbſt, nach dem Richard von Zerbſt ſeine Herrſchafft an die Graven von Borby verkauft, die erlangte Zoll Freyheit. 1263.

Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

Ropertus D. G. S. Magd. eccl. Archiepiſc. omnibus has literas inſpecturis in perpetuum quæ pro diuturnitate temporum moriuntur a nobis & jam excidunt, ſcripturæ memoria longius ſupervivunt. Qua propter recognoſcimus, & tenore præſentium proteſtamur, quod in venditione civitatis, caſtri & terræ *Scerwiſt*, & bonorum ibidem adjacentium ad eandem pertinentium civitatem, facta viris nobilibus *Dominis* de *Barboy*, *Burchardo* & *Waltero*, noſtris avunculis Dnus. *Richardus* de *Scerwiſt*, curiæ noſtræ *Pincerna*, non immemor libertatum civitatis ejusdem, immo reducens ad memoriam privilegii cujusdam ſeriem gratioſam, qua *Burgenſes* ibidem a theloneo ſunt exemti, & cupiens ipſos in eadem libertatis gratia conſervare, ne quis venire in poſterum contra privilegium hoc attemptet, in contractu venditionis præmiſſæ fecit de theloneo hujusmodi mentionem, quod nunquam propter aliquam cauſam, quæ futuris evenire poſſet temporibus, illud debeat in eorum præjudicium & gravamen de cetero renovari, quod pro bono illorum & commodo eſt utiliter relaxatum; præſertim *clauſtrum* & *Hoſpitale* eadem gaudebunt gratia, & fruentur ſuo juro & libertatibus, quibus gaudebant ad hæc tempora, Dno. Richardo de *Scerwiſt* eorum domino exiſtente, ad cujus obſervantiam noſtri avunculi ſe fide data manualiter obligarunt. Ut autem nihil interveniat, quod contractum dirimat & diſſolvat, præſens ſcriptum damus Burgenſibus ſæpe dictis in teſtimonium, noſtro & avunculorum noſtrorum, & Dni. *Richardi* de *Scerwiſt* ſigillis inviolabiliter communitum. Datum Magdeb. A. D. MCCLXIV. præſentibus *illuſtribus Principibus* Dnis. *Bernhardo* & *Sifrido*, *Comitibus* de *Anhalt*, & ceteris nobilibus fratribus confœderatis, nec non & innumeris militibus eorundem. VI. Id. April. Pontificatus noſtri anno IV.

79.

## Ein Ablaß B. Heidenrichs zu Brandenburg für die Kirche zu S. Niclas in Berlin. 1264.

Universis ad quos præsens scriptum pervenerit *Heidenricus* D. G. Brand. eccl. Episc. salutarem & sinceram in Domino caritatem. Licet is, cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, ampliora retribuat, quam valeant promereri; volentes tamen populum acceptabilem reddere Domino, & hoc allectitio ac fructuoso pœnitentiæ fructu salubriter invitare de omnipotentis Dei, ac ea quam nobis indulsit gratia, præsumentes, omnibus vere pœnitentibus, ac confessis, qui *ecclesiam S. Nicolai* Confessoris in *Berlin*, in anniversario die dedicationis, pia ac devota mente visitaverint, quisque aliis diebus ad structuram ejusdem grata caritatis subsidia contulerint, vel manum porrexerit adjutricem, XL dies indulgentiæ, & unam carrenam de injuncta sibi pœnitentia misericorditer in Domino elargimur, mandantes & volentes a quibuslibet verbum Dei evangelizantibus, autoritate nostra dictam indulgentiam publicari singulis diebus Dominicis & festiciis presentibus nihilominus post consummationem operis minime valituris. Dat. Berlin XIV Cal. Maj. Episcopatus nostri anno primo.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

80.

## M. Otto verleyhet dem Stifft Havelberg Daberkow, bey Schönhausen und Bischopsdorff, gegen die Zehenden im Lande Pritzwalck. 1267.

J. N. D. A. Nos *Otto*, D. G. Brandenb. Marchio, universis tam præsentis temporis quam futuri, ad quos literæ præsentes pervenerint, salutem & omne bonorum omnium incrementum. Quæ geruntur in tempore, ne recedant tempori, literarum solent testimoniis perhennari. Recognoscimus igitur, & præsentibus publice protestamur, quod nos de voluntate & consensu nostrorum filiorum venerabili Domino *Henrico Havelbergensi Episcopo* & omnibus suis successoribus, villam *Dobrekowe* cum mansis XXV, nec non mansos XII. in nemore villis ejusdem Domini Episcopi *Schonhusen* & *Bischopesdorp* contiguo, advocatia & omni utilitate quæ in ipsa villa & mansis nunc est, aut in posterum nominari poterit, aut haberi, damus & tradimus proprietatis titulo in perpetuo liberos possidendos, ita videlicet, ut nos una cum omnibus hæredibus nostris vere a nobis directa linea descendentibus, *decimam* in toto territorio *Prezewalck*, excepta III parte decimæ pertinentis

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

ad ſacerdotium præbendam, prout hactenus receperunt, quantum ad noſtrum pertinet dominium, poſſimus deinceps ſalubrius habere & convenientius poſſidere. Si autem nobis aut noſtris hæredibus nulli veri hæredes ſucceſſerint, memorata decima in praedicto territorio ad ejusdem eccleſiae Epiſcopum, quicunque pro tempore fuerit, devolvetur, proviſo quod feodatariis ſua feoda conferantur. Ceterum idem Dominus Epiſcopus et omnes ſui ſucceſſores recipient de quolibet manſo territorii noſtri ***Pretzwalck*** denarios quatuor monetae Brandenburgenſis, de bonis tam infeodatis, quam non infeodatis, *Teutonicalibus* & *Slavicalibus* in craſtino S. Michaelis annis ſingulis perſolvendis. Quos ſiquidem demum dictus Epiſcopus infeodare aut alienare non poterit quoquo, verum ipſos in memoriam recompenſationis ſaepe dictae decimae ſuo uſui retinebit, adjecto, quod ſi aliqui in praedictorum denariorum ſolutione forſitan malevoli fuerint, & rebelles, poſito etiam, quod Dominus villae exiſtat, hos Epiſcopus exiſtens pro tempore ad ſolutionem hujusmodi per cenſuram eccleſiaſticam, ſine noſtra indignatione, immo potius voluntate compellat. Hujus rei teſtes ſunt Dnus ***Barnem*** Dux *Sclavorum*, & *Albertus* Praepoſitus de Stendal, Johannes de ***Nemik***, *Henricus* de ***Wædenswege***, *Hartmannus* Advocatus in ***Stargarde***, Henricus ***Dorgatz***, Rudolphus *Munt*, Gantherus de ***Reberg***, Bruningus & Albertus de ***Redingesdorp***, Engelke de ***Dewitz***, Johannes de ***Dewitz***, & alii quam plures. In praemiſſorum vero omnium perpetuam firmitatem, damus praeſens inſtrumentum, noſtro & filiorum noſtrorum ſigillis proinde communitum. Datum *Stargarde* anno Domini MCCLXVII. XVII, Cal. Junii.

---

# Urkunden
# zur Geſchichte der lezten Marckgrafen vom Hauſe Anhalt gehörig.

## 81.

### Biſch. Henrich zu Brandenburg verleihet ſeinem Capitul unterſchiedene Einkünfte zu Löwenberg, Hoppenrade und Liebenberg. 1269.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. A. *Henricus* D. G. Brandenb. eccl. Epiſc. omnibus in perpetuum. Evaneſcunt ſimul cum tempore, quae geruntur in tempore ſi non receperint

aut

aut voce testium, aut scripti memoria firmamentum. Proinde notum esse volumus tam praesentibus, quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos *Conventui Cathedralis ecclesiæ nostræ Brandenburg*, cui favente Domino praesidemus, in censu nostræ ecclesiae & bonis *Lowenburg* duo talenta, *Hoppenrode* duo talenta, *Lyvenberch* duo talenta, in festo B. Martini singulis annis percipienda, dedimus & pure contulimus propter Deum. Volentes tamen, ut Canonicis Brandenb. ecclesiae, de supra dicta summa, pro remedio animarum Venerabilium Patrum, Brand. eccl. Episcoporum, praedecessorum nostrorum piae memoriae, Dni *Rutcheri* XV. solidi, Dni *Ottonis* XV. solidi, quolibet anno, in singulis anniversariis pro servitio tribuantur, ut memoria eorundem in vigiliis dicendis & missis celebrandis eo devotius ab ipsis & solempnius peragatur. Adjicientes praeterea, ut de summa prælibata in die B. Katharinae virginis ac martyris XV. solidi, & in die decollationis B. Johannis Baptistæ tantundem ipsis Canonicis similiter quolibet anno pro servitio tribuantur. Historiam vero consuetam de S. Katharina, & historiam de S. Johanne Baptista, die decollationis suae, quae sic incipit: Verba viri. Conventus cantabit perpetuo ab laudem Jesu Christi solempniter & devote. Legendas vero legant speciales convenientes festivitatibus supra dictis. Residua vero tria talenta usibus personarum in ipsa nostra Cathedrali ecclesia degentium, & sub ordine B. Augustini & regula famulantium Jesu Christo, quo ad consolationem specialem ipsis, annis singulis in eorum refectorio faciendam, integraliter applicentur. Ut autem haec nostra donatio Canonicis nostrae ecclesiae in perpetuum stabilis perseveret, ac etiam ut fiat ipsis, quoad temporale subsidium fructuosa, præsentem paginam conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt haec, *Lambertus* Praepositus Brand. eccl. *Præpositus Petrus* in Middenwolde, Theodoricus Plebanus S. Godehardi Brandenb. *Petrus* Plebanus in Thure, Syfridus Plebanus in Lubas, & alii quam plures. Datum Brandenburg. A. D. MCCLXIX. VII. Cal. Sept. Pontificatus nostri anno VI.

## 82.

## Johann Gans von Wittenberg giebt dem Kloster Stepenitz die Kirche zu Freene anstatt ihrer Hebungen zu Losenrade. 1270.

J. N. S. E. J. Tr. A. Ego *Johannes Gans* de Wittenberghe omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Gestæ rei notitia propagatur in posteros, cum venit autoritas & robur firmum a testimonio literarum. Noverint tam præ- Aus der Süßmilchischen Sammlung.

præsentes quam futuri, quod inspirante divina gratia *quatuor choros siliginis* in *Losenrotte*, quos genitor noster ecclesiæ in *Stepenitz* S. Mariæ pro remedio animæ suæ contulerat moriturus, quos eidem ecclesiæ detentos hucusque subtraxeramus, sed nunc bona voluntate, ac pia devotione ecclesiæ memoratæ gratulanter pro dictis bonis ecclesiam in *Vrene*, cum omni ejus proprietate assignavimus perpetue possidendam. Ut autem res ista stabilis & integra permaneat, præsentem paginam sigilli nostri impressione roboravimus, adhibitis testibus, quorum nomina sunt Dnus. *Johannes* dictus *Gans* de *Wittenberghe*, & Dna. *Mechtildis* sua *Uxor*, Dnus. Otto *Gans* de *Perleberghe*, & *Gertrudis* sua uxor, Dnus. *Bertholdus* de *Quitzow*, Dnus. Theodoricus de *Bardesvlet* Dnus. Reinekinus de *Karstede*, *Præpositus* Heinricus, *Ditburgis* Abbatissa, *Ermegardis*, *Soror Dni. Joh. Gans*, Domina Ida, Dat. in Putlist, A. D. MCCLXX. VI. Id. Martii.

## 83.

## Hermann von Repentin giebt dem Kloster Marienfließ, oder Stepnitz, drey Hufen zu Kreyen. rc. 1271.

Aus der Süßmilchischen u. Gundlingischen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. *Hermannus* dictus de *Repentin*, omnibus hanc præsentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Evanescunt tempore, quæ geruntur in tempore, nisi vocibus testium aut scripti memoria recipiant firmamentum. Igitur scire cupio universos, ad quos præsens scriptum pervenerit, quod germanus meus, Dnus. *Johannes* de *Snakenburg* contulit pro anima uxoris suæ *sanctimonialibus* in *rivo S. Mariæ*, qui dicitur *Stepenitz*, Domino devote servientibus me consentiente tres mansos in villa, cui vocabulum est *Kreyen*, ut ex uno habeant LVIII, ex aliis II. reditus frumenti vel denariorum. Item vendidit tres mansos ecclesiæ pro XXXVIII. marcis. Cum agonizavit dedit duos mansos pro peccatis suis, uxore sua *Herburge* consentiente. Istos VIII. mansos vendidit & contulit ecclesiæ supradictæ, cum omni jure quod in eis habuit, vel habere potuit. Hæc autem bona data & venundata, sicut ipse Dnus. Johannes dedit & vendidit, condono & redono & ratum habeo, nullam reclamationem de cetero habiturus, ex ipsis, nec aliquis hæredum meorum vel ipsius fratris mei, vel filii filiorum utriusque nostri, ut proinde memoria tam mei quam sui devote agatur. Ut autem ratum & firmatum hoc donum permaneat, præsentem paginam sigilli nostri munimine roboravi, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt: *Johannes Gans* de *Wittenberg*, Johannes de *Jachow*, Johannes de *Cummelosen*, Rudolphus & Her-

Hermannus *Hunger* fratres, Reinoldus de *Karstede*, Bertoldus de *Quitzowe*, & alii quam plures. Datum in *Witzstock*, in præsentia Domini *Henrici Havelbergensis Episcopi*, & *Johannis Præpositi* in rivo S. Mariæ. A. D. J. MCCLXXI. II. Nonas Aprilis.

## 84.

## M. Johann II. Otto der IV. und Conrad vergleichen Bisch. Henrichen zu Havelberg mit etlichen von Adel über Gränzirrungen. 1247.

*Johannes Otto* & *Conradus* D. G. Brandenb March. omnibus in perpetuum. Volumus esse notum, quod cum Venerabili Patre Dno. *Henrico* Havelb. eccl. Episc. super impetitionibus *Henrici* militis de *Wildenhagen*, puerorum de *Koeningesberge*, ac super limitibus agrorum apud *Karthanam* concordavimus In hunc modbm: Vendedimus & liberaliter resignamus dicto Dno *Henrico* Episc. quindecim mansos in silva dicta *Rodana* apud villam *Studenitz* pro L. marcis argenti Stendaliensis pecuniae numeratae, ad ipsum suosque successores, cum onmi jure perpetuo pertinendos, ut cum ipsis dictum militem de *Wildenhagen* deponat ab impetitione, quam habet contra ipsum & suam ecclesiam de quindecim mansis silvae ejusdem. Item omnes agros qui sunt ultra aquam, quae *Grabenitz* dicitur, quae aqua fluit apud villam *Grabow*, secundum suum descensum, supra & infra, cum pratis & lignis & pascuis, etiam vendidimus, & liberaliter resignamus ad ipsum suosque successores perpetuo pertinendos. Ita tamen, quod eadem aqua cum omnibus suis utilitatibus ad nos pertineat pleno jure, & eadem aqua inter dictum Dnum Episcopum & nos perpetuus limes maneat & existat. Amplius de limitibus apud *Karthanam* super memoratis sic ordinavimus, ut a ponte, qui *Hollenweghe Brugge* dicitur, qui pons est supra *Karthanam* ad *levam*, usque antiquos limites qui inter villam *Rodene* ab antiquo fuerunt, inter sæpe dictum Dnum Episcopum & nos sit perpetuus limes noster. Pro qua limitatione ac venditione agrorum ultra memoratam aquam *Grabenitz* saepe dictus Dnus Episcopus nobis dedit C. marcas Brandenburgensis argenti pecuniae numeratae. Ut autem hujus modi ordinatio per nos & nostros successores fixa & immobilis perhenniter observetur, praesentem nostram paginam desuper conscribi fecimus, cum appensione sigillorum nostrorum in testimonium perpetuum & munimen. Testibus nihilominus qui praesentibus aderant subnotatis, ut Dno. *Henrio* de *Bardel.we*, Dno. *Johanne* de *Krochere*, Dno. *Johanne* de *Buc*, Aus der Gerckischen Sammlung.

n Dno.

Dno. Redingo, Dno. *Willekino Pincerna*, Dno. *Johanne* de *Potlest* & a. q. pl. f. d. Datum A. Dni. MCCLXXIV. Septimo Cal. Augusti.

## 85.

## Die Fürsten von Werle vergleichen sich mit B. Henrichen zu Havelberg über Freyenstein und die Grenzen in der Gegend Wittstock. 1274.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. D. A. Nos D. Gr. *Nicolaus*, *Henricus*, *Johannes*, *Bernhardus*, Domini de *Werle* omnibus in perpetuum. Ad notitiam universorum tam praesentium quam futurorum volumus pervenire, quod cum Venerabili in Christo Patre Dno. *Henrico Havelbergensi Episcopo*, super impetitionibus ac controversiis omnibus sibi & ecclesiæ suae suisque praedecessoribus per nos saepius motis concordavimus in hunc modum: Nos ac haeredes nostri dictum Venerabilem Patrem, *Henricum Havelbergensem Episcopum* de cetero non impetemus super bonis *Vrigensten*, nobis violenter ablatis, quae ab ipso & ab ecclesia tenuimus, contenti solum eo, quod idem Dominus dicet requisitus, nos jam dicta bona ab ecclesia suisque praedecessoribus tenuisse, licet sibi ac nobis per violentiam sint ablata. Ceterum bona ejusdem Domini *Henrici* infra *Dossam* ac *Doberam* sita, de quibus sibi movimus quaestionem, non impetemus cum eorum limitibus sic distinctis. Limites ipsius sunt ab eo loco, ubi aqua dicta *Dobera* intrans aquam *Dossam* finem facit, & ab hinc sursum per ascensum ejusdem aquae supra & infra, usque ad paludem cannosam, quod vulgo dicitur *Rorbruk*, nec concessum est nobis, nec Dno. Episcopo in hoc rivo sc. *Dobera* molendinum construere, vel fundare, & ab hinc, videlicet a fine paludis cannosae superius nominatae, per medium silvæ & rivi, qui vulgariter *Schremme* dicitur, usque ad pontem qui *Berckenbrugge* nominatur, & abhinc usque ad paludem silvae *Babis*, secundum quod de novo *Sabellus* miles, dictus de *Redichstorp*, ac *Henricus* miles de *Vlotowe*, advocatus in Robele, inter *novum Haslowe* & *Randowe*, & *antiquum Haslowe* limites Dni Episcopi cum fossatis & arboribus signaverunt, & ab hinc a palude videlicet *Babis*, ac ab arbore ibidem signata aeque per medium silvae *Babis*, usque ad limites agrorum villae *Goltbeke* limites Dni. Episcopi se extendunt. Ita tamen quod pascua ejusdem silvae sc. *Babis* utrisque videlicet civitati *Wistok*, & villae *Babitz* sint communia. Hinc & inde eo tanto, quod utrobique nullum dampnum a pascendis pecoribus utriusque

partis

partis segetibus inferatur, & ab inde usque ad arborem inter *Goltbeke* & civitatem *Wislok* signatam, de hinc usque in *Dossam*, prout *Rudolphus* miles dictus de *Böltzke*, & alii duo sibi adjuncti milites juramento suo confirmantes ibidem inter civitatem *Wislok* & *Goltbeke* limites dicti Dni. Episcopi, rivis, fossatis, arboribus, paludibus distinxerunt, & abhinc medium fluvii, qui dicitur Dossa per descensum ejusdem, usque ad locum, ubi proprietas ecclesiae finem facit, cedit Dno. Episcopo, aliud medium cedit nobis, molendini vero *Pachta* & census *oppidi* dicti *Dossa* tam libera quam infeodata pro medietate sui domini sunt Episcopi. Reliqua vero medietas praedictorum *Pachtorum* tam liberorum, quam infeodatorum, dicti in *Dossa* molendini erit nostra. Fluvius vero *Dossa* sursum per ascensum, a dictis Rudolphi in *Goltbeke* limitibus, usque ad extremitatem piscinae molendini *Podarse*, ejusdem jam saepius nominati Dni. Episcopi est liberaliter, ripa cum utraque. Et sic limites ipsius sunt distincti. Dictus vero jam saepius Dominus Episcopus ab impetitionibus terrae *Prentzlin* ac decimarum ejusdem, ac decimarum terra dictæ *Liza*, nec non decimarum aliorum terminorum nostrorum infra suam Diœcesin se extendentium, quiescens, de communi concensu sui capituli ipsas cum terra *Pentzelin*, nobis nostrisque haeredibus, cum omni jure & actione, usu seu requisitione cum universis & singulis ad Dominum Episcopum ex ipsis sive pro ipsis decimis pertinentibus, vel quocunque exspectantibus, quoquo modo libere & absolute contulit in pheodo perpetuo possidendas, eo solum adjecto, quod his, qui a Dno Episcopo dictas jam decimas tenuerunt, vel de jure tenere debuerunt, & maxime filiis Dominorum de *Plote*, cum ad aetatem pervenerunt legitimam, non contradicentes aliquatenus conferamus. Acta sunt haec *Robele* A. D. MCCLXXIIII. nonas Junii in die S. Bonifacii. Testes vero sunt, *Cunradus* Praepositus Havelbergensis, *Johannes* & Petrus Capellani Havelb. Episcopi *Stephanus*, Praepos. in Robele, Godekinus Scriptor noster, Praepositus in *Gustrow*, Magister Hermannus & Nicolaus frater ejus, Capellani nostri, Clerici, Dominus Prior in *Mirow*, Henricus de *Vlotowe* Advocatus iu *Robele*, Johannes *Owinam*, Ludolphus de *Swerin*, Henricus & frater ejus de *Holtdorp*, *Pritzbur* & frater ejus Sabellus de *Redichsdorp*, Sabellus de *Plauwe*, Advocatus in *Wislok*, Hermannus de *Plauwe*, Rudolphus de *Boyster*, Johannes de *Stendal*, Johannes *Gant‹›kow*, Rudolphus de *Boltzeke*, Henricus de *Wodenswege*, e. a. q. pl. Clerici & Laici fide digni. Et ne hanc ordinationem astutia seu perversitas aliquorum valeat in posterum irritare, praesentem paginam super hac ordinatione confectam sigillorum nostri & filiorum nostrorum, *Henrici* videli-

cet *Johannis* & *Bernardi* appensionibus duximus roborandam. Cujus etiam jam dictae ordinationis privilegium nos habemus a Dno. Episcopo nobis datum.

## 86.

## M. Johann II. Otto IV. und Conrad begnadigen die Altstadt Brandenburg mit dem Zins von 50 Hufen. 1275.

In der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. A. *Johannes*, *Otto*, & *Conradus*, D. G. Marchiones Brand. omnibus in perpetuum. Quoniam quidem cum ea quæ geruntur in humanæ fluctuationis tempore momentaneo cursu evanescunt cum temporis successione, deque hominum actitationibus quandoque fructibus ac laudibus uberius prætitulatis de facili emergit dura calumniæ nota, nisi causa memoriæ oblivionis scrupulus per scripti memoriam auferatur. Et licet omnibus inhabitatoribus nostri Principatus ad benefaciendum, & commodum omne ordinandum simus debitores, quinimo præcipue illis tenemur benefacere, quorum apud nos sunt virtuosi affectus honestatis, & veræ fidei experimenta comprobata. Notum ergo esse volumus tam præsentibus quam futuris, quod nos habito respectu honestatis, ac roboratæ fidelitatis dilectorum nostrorum, videlicet *incolarum veteris civitatis nostræ Brandenburg*, contulimus omnem censum provenientem de L. mansis, tam novis quam veteribus, eidem civitati adjacentibus, recipiendum & ad usus suos perpetuo possidendum. Ut autem hæc nostræ concessionis donatio a nobis & a nostris hæredibus ac posteris rata & impermutabilis perpetuo perseveret & observata, præsentem paginam conscribi jussimus, & sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Dat. apud *Rathenow* in arboreto, sc. in *horto ferarum*, quod vulgariter dicitur Thiergarten juxta stagnum, A. J. D. MCCLXXV. Cal. Sept. Indict. III. Epact. XXII. Concurr. in die B. Ægidii Abbatis & Confessoris.

## 87.

## M. Johann II. Otto IV. und Conrad vertragen sich mit dem Stift Havelberg wegen Gumbtow. 1275.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. D. A. Nos *Johannes*, *Otto* & *Conradus*, D. G. March. Brand. omnibus in perpetuum. Quoniam ea quæ geruntur in tempore a memoriis hominum simul labuntur cum tempore, necessarium decrevimus, ut ea, quæ per nos temporibus nostri Principatus ad commodum fidelium disponuntur, futurorum notitiæ testibus & privilegiis exprimamus, ne improbitas aliquorum valeat ipsa postmodum

modum aliquatenus mutare. Proinde recognoscimus & præsentibus protestamur, quod olim temporibus inclytæ recordationis Dominorum, *Johannis*, Patris nostri, ac *Ottonis*, Patrui nostri March. Brand. de consensu *Præpositi*, *Prioris* ac totius *Havelb. Capituli*, in villis videlicet *Drusdow* & *Lossa*, & de impetitione villae *Damlauk*, quæ eo tempore ecclesiæ fuerant, & in villa progenitorum nostrorum *Gumbtowe* quædam permutatio facta fuit, ita ut dictæ villæ ecclesiæ, cum omni jure, quod ecclesia in illis habuit, libere resignatæ offerrentur nostris progenitoribus possidendæ, quarum loco prædicti Pater noster & Patruus dictam villam *Gumbtowe*, cum omni jure, pratis & silvis, pascuis & paludibus, & quicquid in ejusdem Marchæ habebant terminis, omnem etiam exactionem, quæ per *Advocatos* vel per *Bedellos* eorum exigi consueverat, cum advocatia libere dimittentes, resignaverunt ecclesiæ & Capitulo perpetuo possidendam, sicut in eorum privilegiis plenius continetur. Facta autem hac permutatione ecclesiam & Capitulum infra terminos dictæ villæ *Gumbtowe* fundaverunt quandam novam *villam Slavicalem*, in qua advocatia nostrorum progenitorum nobis & sibi jus aliquod, usque ad nostra tempora vendicarunt; sc. quod ejusdem villæ cives advocationem & *mandatum Advocatorum*, *communia civilia placita*, quæ vulgo dicuntur *Landding* debeant in *Havelberg* observare, & quod absentibus possent & negligentibus pœnas infligere meritas & condignas. *Cum igitur jam dicta ecclesia* & Capitulum dictam novam villam Slavicalem, ex hujusmodi nostrorum Advocatorum mandato sive nostro sentirent & etiam se gravari, pro remissione hujusmodi juris nostri, pro donatione libertatis, pro ratihabitione prioris permutationis, ita ut de cetero nec nos, nec Advocati nostri, nec *Bedelli* in dicta villa Slavicali habeamus aliquid percipere, exigere vel mandare, nobis nomine emtionis obtulerunt XX marcas Brandenburgensis argenti pecuniæ numeratæ, quam donationem libertatis & remissionem nostri juris, & ratihabitionem prioris permutationis ecclesiæ Havelbergensi concessimus & concedimus ipsas præsenti scripto confirmantes. Testes hujus rei sunt, Dominus *Johannes* de *Vrekesleve* & frater ejus *Borchardus*, Henricus de *Wardenberg*, Conradus de *Reder* milites, *Bertoldus de Niendorpe*, Advocatus tunc temporis, e. a. q. pl. viri nobiles fide digni. Actum in civitate Havelbergensi, A. D. MCCLXXV. VI. Id. Decembr. Datum per manum Dni. Meinardi, Notarii & nostræ curiæ Capellani. Et ne hanc nostram donationem libertatis, remissionem nostri juris in posterum quis infringere valeat, præsentem paginam super his confectam sigillorum nostrorum appensionibus communimus.

88.

## Erzb. Conrad zu Magdeburg vergleicht sich mit Bisch. Wilhelm zu Lebus, über den Siz des Doms und Capituls des leztern. 1276.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Conradus D. G. S. Magdeb. eccl. Archiepiscopus universis præsentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoniam nostræ solicitudinis est & curæ, lites restringere, operam paci dare, fluitantes etiam stabilire, colligendo dispersos ac de vios ab invio salubriter revocando, recognoscimus ac tenore præsentium protestamur, quod dispersioni *Lubucensis ecclesiæ Canonicorum*, ac fluitioni sedis ejusdem consulere cupientes, post diversos tractatus cum venerabili Lubucensi Episcopo suoque Capitulo habitos cum ipsis de consensu nostri Capituli concordavimus in articulis, in quibus discordia fuit mota, sequentibus juxta modum inferius annotatum Dnus. *Wilhelmus Lubusanus* Episcopus suumque Capitulum promiserunt obligantes se nobis fidei datione, quod suam sedem ibi locare debeant cathedralem, & Canonici perpetuam ibi similiter facere residentiam, ubi illam & illos in nostro dominio duxerimus statuendos, Dni. Lubucensis Episcopi consilio super hoc nihilominus requisito. Ut autem in residentiæ suæ loco Canonici tranquillam & convenientem sibi teneant mansionem, tam in immunitatibus quam privilegiis, libertatibus ecclesiasticis ac commoditatibus, atque ceteris circumstantiis seu conditionibus, compromisimus nos pro nobis & nostra ecclesia, & Venerabilis Dnus. *Lubusanus* Episcopus similiter pro se & pro sua compromisit ecclesia in quatuor arbitros seu arbitratores, seu amicabiles compositores. Nos quidem in *Burchardum* curiæ nostræ Camerarium, & in Mag. *Ritzerum*, ecclesiæ nostræ *Scholasticum*, ipse vero Dnus. *Wilhelmus Lubusanus* Episc. in *Conradum* Archidiaconum Lubusanum, & in fratrem *Sifridum* de *Quartzan*, quorum ordinationibus super præmissis fuerit standum, quibus & nos de expresso consensu ejusdem Dni. Episcopi sui Capituli sumus adjuncti, ut si concordare requiverint dicti arbitri seu arbitratores, seu compositores amicabiles, prout nos ex tunc inde ordinavimus nostra sententia teneatur. De secundo quoque *lotone* petita ratione decimæ, ac de decima vini theloneis carnium, & monetæ in nos, & in prædictos quatuor est sub forma consimili conpromissum. Insuper si aliquis ordinatorum dictorum decesserit, vel haberi non posset, alius loco ejus debet substitui infra mensem, computando a tempore, quo de hoc facta fuerit monitio nobis, vel Dno. *Episcopo Lubusano*. Præterea Dnus. *Wilhelmus* Lubusanus nomine suo & suæ ecclesiæ sponte *recognovit*, & publice, nos & *Magdeb. Archiepiscopum*, qui pro tempore fuerit, *verum esse Patronum Præposituræ Lubusanæ*,

*busanæ*, & quemcunque de gremio nostræ ecclesiæ ad illam praesentaverimus, ipse debeat investire. Nos *Wilhelmus* D. G. *Lubucensis Episcopus*, recognoscimus nos praemisso interfuisse tractatui, eique liberaliter consensisse. Huic itaque literae sigillum nostrum & nostri Capituli apponi procuravimus, sigillis Venerabilis Patris ac Dni. *Conradi* Magd. Archiep. & sui Capituli in evidens testimonium roboratae. Testes ex parte nostra Archiep. sunt *Burchardus*, curiae nostrae *Camerarius*, *Guntherus Vicedominus*, *Sifridus Cantor*, *Ritzerus Scholasticus*, nostrae ecclesiae Canonici. Item frater *Burchardus*, Lector fratrum Praedicatorum, & frater *Henricus* Lector fratrum Minorum in Magdeburg, item *Walterus* vir nobilis de *Barboy*, *Gumbertus* & *Richardus* de *Alsleve*, milites; ex parte vero Dni. *Lubucensis* Episcopi, Dnus *Johannes Decanus*, *Conradus Archidiaconus*, *Arnoldus Scholasticus*, *Conradus* de *Strele*, Mag. Johannes de *Neudorp*, *Thomas Custos*, & Lambertus Canonici Lubucenss. Act. Magd. A. D. MCCLXXVI. Cal. April.

## 89.

## M. Otto der Lange, und sein Bruder M. Albrecht, verleihen dem Bischof zu Havelberg die Babitzische Heide für die Stadt Wittstock.

1277.

J. N. D. A. Nos *Otto* & *Albertus* D. G. March. Brand. recognoscimus & tenore præsentium protestamur, quod quicquid est inter *Babitz* per metas nunc signatos, usque in paludem, quae vocatur *Babitz*, sive ligna, sive agri, sive pascua sint, sive prata versus civitatem *Wittstok*, ejus proprietatem damus Dno. *Henrico* Havelb. eccl. Episcopo, amico nostro dilecto, & ejus ecclesiae, ita tamen, quod eadem proprietas, id est ligna praedicta pascua atque prata vel agri ad eandem civitatem *Wittstock* debeant perpetuo pertinere. Ut autem haec nostra donatio in perpetuum rata & immobilis severet, praesens scriptum de certa nostra conscientia sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Testes autem qui præsentes fuerunt, sunt, Zabellus de *Redicstorp*, Zabellus de *Plawe*, Jo. de *Königsmark*, & Hermannus de Plawe, milites, Dominus *Petrus* Praepositus in *Wittstock*, Dnus. Bruningus Plebanus in *Wusterhausen*, & Canonicus eccl. Lubuc. & noster Notarius, & *Bartholdus* noster Notarius Canonicus eccl. Lubuc. Datum Wuzsterhausen A. D. MCCLXXVII. Oct. Cal. Jun.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

## 90.

## B. Henrich zu Brandenburg verleyhet seinem Capitul Einkünfte zu Niendorp und Kerckow im Löwenberge. 1277.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Henricus D. G. Brand. eccl. Episc. universis praesens scriptum intuentibus salutem in eo qui est omnium vita & salus. Varietas temporum & multitudo tractuum hominum infirmant memoriam; ideoque necesse est, ut adjuvetur voce testium, & testimonio literarum, si de iis aliqua, quae aguntur, deleat oblivio, recursus ad scripturæ testimonium habeatur. Proinde notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod *Conventui Cathedralis ecclesiæ Brandenb.* cui favente Domino praesidemus, in censu villae *Niendorp* in territorio *Lewenberg* sitae, V talenta in festo B. Martini danda, nec non in villa *Kerckowe* similiter V talenta annuatim in festo Purificationis persolvenda, pure & simpliciter contulimus, statuentes ut Canonicis Brand. ecclesiae de summa ante dicta in duobus anniversariis venerabilium Patrum, videlicet Dni. *Ruthgeri*, Episc. XV solidi, & Dni. *Ottonis* Episcopi similiter XV. solidi, piae memoriae praedecessorum nostrorum pro servitio tribuantur, ut memoria eorundem in vigiliis dicendis & missis celebrandis eo solempnius peragatur. Ceterum decrevimus, ut in uno talento pro commemoratione nostra ita duntaxat, cum conditor omnium animam nostram de præsenti corpusculo migrare disposuerit, in anniversariis singulis hiisdem Canonicis ministretur. Praeterea ita duximus providendum, ut de summa prælibata in festo B. Catharinæ virginis, ac martyris, XV. solidi, & in festo decollationis S. Johannis Baptistæ tantundem ipsi Conventui pro servitio tribuantur; historiam vero de S. Katharina, quæ sic incipit, Virginis eximiæ, historiam vero de S. Johanne Baptista, quæ sic incipit, Verba viri sapientis, Conventus in supra dictis festivitatibus cantabit solempniter & devote. Residuam vero summam usibus personarum in ecclesia Cathedrali degentium, & sub ordine S. Augustini & regula famulantium Jhesu Christo, quo ad consolationem majorem & specialem ipsis in refectorio faciendam, videlicet unum talentum in adventu Domini, & duo talenta in Quadragesima similiter decernimus applicanda. Insuper residua tria talenta sic decernimus distinguenda, videlicet in anniversario *Margarethæ*, matris nostræ, qui erit in vigilia XI millium virginum X solidi, in anniversario *Conradi* fratris nostri, qui erit in die Otmari Abbatis, X solidi, in anniversario *Theodorici* militis patrui nostri, qui erit Nerei & Achillei, X solidi, in anniversario *Frederici* fratris nostri, qui in die Viti & Modesti, X solidi, in anniversario *Conradi* Patris nostri X solidi. Insuper cum ex ordinatione divina

*Ottonem*

*Ottonem* fratrem noſtrum carnis debitum exſolvere contigerit, in ejusdem anniverſario ſimiliter X ſolidi hiisdem Canonicis, ut eo devotius ſupra dictorum defunctorum commemorationem in vigiliis & miſſarum celebrationibus peragant, conſolationis loco tribuantur. Ut igitur hæc donatio Canonicis noſtræ eccleſiæ in perpetuum ſtabilis perſeveret, ac etiam ut fiat ipſis quoad temporale ſubſidium fructuoſa, præſentem paginam conſcribi fecimus, & eandem ſigilli noſtri munimine Capitulo noſtro dari juſſimus roboratam, adhibitis nihilominus teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hæc: *Lambertus*, & *Petrus Præpoſiti Brandenburgenſes*, Johannes Prior dictus *Grobbo*, Theodoricus Plebanus veteris civitatis, *Ludovicus Vice præpoſitus in Berlin*, Hildebrandus Canonicus Cozwicenſis, Magiſter *Walterus*, Plebanus in Segeſere, Sifridus curiæ noſtræ Capellanus, Hildebrandus curiæ noſtræ Notarius, c. a. q. pl. Actum & datum Magdeburch, A. D. MCCLXXVII. Id. Januar. Pontificatus noſtri anno XIII.

## 91.

## Pabſt Niclas III. Breve an M. Johann, den III. zu Brandenburg, um ſeine Zuſtimmung zu den Abtretungen K. Rudolphs an den Stuhl zu Rom. 1278.

Nicolaus Epiſcopus. &c. Dilecto filio, nobili viro, *Johanni Marchioni Brandenburgenſi &c.* Statuit in terris altiſſimus Romanum imperium, & ejus culmina dirigi voluit provida ſtabilitate conſilii, & maturitate provida gubernari, ut ſecure procederet, & in negotiis non erraret; cujus Præſidi, per te & alios Alamanniæ Principes, dato in electione Principum, vos ipſos illi columnas adjungitis, & aſſiſtitis in ejus gubernatione cuſtodes. Certe multa te & alios prædictos potentia dignitatis amplificat, quam — — in providis circumſpectio veritatis. Nam quanto eminentius conſilium veſtrum extollitur, tanto maturius vos oportet attendere, quod in agendis expediat, ut ex quibuslibet veſtris actibus pater collaudetur aeternus, decor ſervetur eccleſiae, amplietur cultus juſtitiae, ac in omnibus debitum obſervetur, cum ex iis regnorum & principum quietes adveniant & eorum ſolia roborentur incrementa vigoris & gratiæ perceptura. Cum igitur ex tenoribus privilegiorum & declarationibus Romanorum Imperatorum, quæ in archivis ſuis Romana ſervat eccleſia, evidenter appareat, totam terram quæ eſt a *Radicofano*, uſque *Ceperanum*, *Marchiam Anconitanam*, *Ducatum Spoletanum*, terram *Comitiſſæ Mathildis*, Civitates *Ravennæ*, *Æmiliæ*, *Bobbii*, *Cæſenæ*, *Foripopuli*, *Forilivii*, Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

*Faventiæ*, *Imolæ*, *Bononiæ* & *Ferrariæ*, *Commachium*, *Adriam*, atque *Gabellam*, *Ariminium*, *Urbinum*, *Montemfererium*, territorium *Balmenſe*, *ComitatumBrittenorii*, *Exarchatum Ravennæ*, *Pentapolim* & *Maſſam*, *Trabariam* cum adjacentibus terris, & omnibus aliis ad prædictam ecclefiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis atque infulis in terra marique ad civitates & loca prædicta quoquo modo pertinentibus, nec non *civitatem Romanam*, regnum *Siciliæ* cum omnibus ad ipſum pertinentibus tam citra *Pharum*, quam ultra, *Corſicam* quoque atque *Sardiniam* cum ceteris terris ac juribus ad ipſam ecclefiam ſpectantibus, ad nos & eandem ecclefiam pleno jure pertinere, ac noſtri & ipſius ecclefiæ jurisdictionis & principatus exiſtere, & cariſſimus in Chriſto filius noſter *Rudolphus Rex Romanorum* illuſtris, hæc omnia prædicta & plura alia, quæ per eosdem Imperatores & alios prædeceſſores ſuos facta promiſſa ac geſta fuerant, recognoverit, ratificaverit, declaraverit ac de novo conceſſerit, per ſe ac ſuos Nuntios ſpeciales: Nos cupientes, ut hæc omnia in ſua ſoliditate permaneant in futurum, nobilitatem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus præmiſſis omnibus & aliis, quæ per eundem Regem, vel alios de mandato ſuo facta, geſta, promiſſa, recognita & ratificata ſunt, vel fieri, promitti, recognoſci & ratificari contigerit, *tuum præbens* aſſenſum, ſic ea ſtudens promtis ſtudiis approbare juxta formam, quam tibi per dilectum filium *Sifridum* de *Anagnia*, Decanum ecclefiæ S. Audomari Merinenſis Dioeceſeos, Capellanum noſtrum transmittimus, quod devotio tua promtitudine vigente reluceat, obvietur futuris anfrractibus, & nos, ac eadem ecclefia, dictus Rex, & tu etiam ſucceſſive plenæ quietis ubertate fruamur, & in prædicti Regis & veſtris ſucceſſibus proſperis non immerito delectemur. Ut autem de præmiſſis plenius informeris, prædictum Capellanum de cujus fidelitate ac circumſpectione confidimus, ad partes illas duximus deſtinandum, cujus inſtructionibus percipere poteris, quid præſens negotium ex eminenti ſua qualitate requirit. Dat. Romæ XII. Cal. Januar. Pontificatus noſtri anno primo.

## 92.

## M. Otto (vermuthlich der Lange) zu Brandenburg giebet ſeine Einwilligung zu dem Begehren des Pabſtes Niclas III. 1279.

Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

Otto D. G. Marchio Brand. univerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens ſibi ab olim Romana mater ecclefia quadam quaſi germanam charitate Germaanm, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod eſt ſuper omne

omne nomen temporaliter tantum præsidentium super terram, plantans in ea Principes tamquam arbores prælectas, & rigans ipsas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, ut ipsius ecclesiæ autoritate suffulti, vel ut germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena Romani teneret imperii germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesiæ per luminare majus, Christi Vicarium, illustratum, hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit & convertit, ut ejus præsidio pastorum pastor adjutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat temporali, refrenet & corrigat ad vindictam malorum, laudem vero credentium & bonorum. Ut igitur omnis materia dissensionis & scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam & imperium auferantur, & ii duo gladii in domo Domini constituti debito fœdere copulati se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi, & nos in actu voluntatis & operis inveniamur filius devotionis & pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur; quicquid per Dominum nostrum *Rudolphum* D. G. Romanorum Regem, semper Augustum, sanctissimo Patri & Domino nostro, Dno. *Nicolao* Papæ III. ejusque successoribus, & ipsi Romanæ ecclesiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo datum, declaratum sive concessum, juratum & actum, seu factum, & per privilegia, vel quæcunque alia scripta quorumcunque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus concessionibus, & factis seu gestis tam aliorum Imperatorum & Regum Romanorum, Prædecessorum Regis ejusdem, quam ipsius Regis, & specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia, per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus, & ipsi ecclesiæ impendendis, ac possessionibus, honoribus, & juribus ejusdem ecclesiæ, & nominatim super tota terra, quæ est a *Radicofano*, usque *Ceperanum*, *Marchia Anconitana*, *Ducatu Spoletano*, *terra* Comitissæ *Mathildis*, *civitate Ravenna*, & *Æmilia*, Bobio, *Cæsena*, *Foripopuli*, *Forilivio*, *Faventia Imola*, Bononia, *Ferraria*, *Commachio*, *Adrianis*, atque *Gabella*, *Ariminio*, *Urbino*, *Montcferetri*, *territorio Balnensi*, Comitatu *Brittenorii*, *Exarchatu Ravennæ*, *Pentapoli*, *Massa*, *Traburia*, cum adjacentibus terris, & omnibus aliis ad prædictam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis, in terra marique, ad provincias, civitates, territoria & loca prædicta quoquo modo spectantibus, tam citra *Pharum* quam ultra, *Corsica* quoque atque *Sardinia* & ceteris terris ac juribus, ad ipsam ecclesiam pertinentibus, nos nostri nomine principatus, in omnibus & per omnia approbamus, & ratificamus, ac eisdem omni-

 bus

bus ac ſingulis & quibuscunque aliis ſuper eisdem per eundem Regem quoquo modo factis, & in poſterum faciendis, voluntatem noſtram, aſſenſum atque conſenſum irrevocabiliter exhibemus, & promittimus, quod contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum nullo unquam tempore veniemus, ſed ea omnia & ſingula pro poſſe noſtro procurabimus, inviolabiliter obſervari. Et ut hæc noſtra voluntas, approbatio, ratificatio, aſſenſus, conſenſus, atque promiſſio a nobis eisdem Romanis Pontificibus & eccleſiæ in perpetuum obſerventur, hoc præſens ſcriptum inde fieri fecimus, noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum & actum A. D. MCCLXXIX. II. Id. Sept. regnante prædicto Dno. noſtro Rudolpho Romanorum Rege glorioſo, regni ejus anno ſexto.

NB. Es iſt in der Gundlingiſchen Sammlung auch die Urkunde, der Einwilligung der Reichsfürſten zu dieser Sache, die mit vorſtehender faſt von Wort zu Wort gleich lautet. Der Beſchluß davon iſt dieſer: Actum & datum A. D. MCCLXXIX. Indict. VII. Circa menſem Octobris, regnante Dno. *Rudolpho*, Romanorum Rege glorioſo, regni ejus anno ſexto. Adſunt novem ſigilla pendentia, ſc. *Henrici Archiepiſcopi Trevirenſis*, *Siffridi* Archiep. *Colonienſis*, *Warneri* Archiepiſcopi *Moguntini*, *Ludovici Ducis Bavariæ*, *Johannis Ducis Saxoniæ*, *Alberti Ducis Saxoniæ*, *Friderici Marchionis Brandenburgenſis*, *Ottonis* Marchionis Brandenburgenſis, — — — — — Marchionis Brandenburgenſis; eorum nomina ſuper ſigillis ſcripta & appoſita ſunt. Allein eben dieſe Beſchreibung der angehängten Siegel machet dieſe Urkunde verdächtig. Denn das Haus Anhalt-Brandenburg hatte keinen Marcgraf Friedrich.

## 93.

## K. Rudolphs Commiſſions-Patent für H. Albrechten zu Sachſen und M. Johann, Otto und Conrad zu Brandenburg, in Thüringen und zu Lübek die Kaiſerlichen Rechte zu handhaben. 1279.

Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

*Rudolphus* D. G. Rom. Rex S. Aug. univerſis Romani imperii fidelibus, praeſentes literas inſpecturis, gratiam ſalutem & omne bonum. Gerentes de illuſtribus viris, *Alberto Duce Saxoniæ*, genero noſtro, nec non de *Johanne*, *Ottone*, & *Conrado*, *Marchionibus* de *Brandenburg*, Principibus noſtris dilectis fiduciam inconcuſſam, ipſis civitates, oppida, caſtra, munitiones, villas, poſſeſſiones & jura quaelibet, in partibus *Saxoniæ* & *Thuringiæ* ad nos & imperium pertinentia, quae clarae memoriae quondam *Albertus Dux Brunswicenſis*, cum dilecto *Alberto Duce Saxoniæ ex noſtra commiſſione* adminiſtravit, & rexit cum civitate *Lubicenſi*, *committimus* vice noſtra & imperii nomine fideliter dirigenda, ut quaecunque alie-

nata sive distracta repererint, ad proprietatem imperii bona fide, fideli studio debeant revocare, & se mutua in administratione praedicta & extra administrationem in singulis suis negotiis adjuvare consilio & auxilio manuali. Unde mandamus & praecipimus, vobis universis & singulis, in praedictis locis nobis & imperio attinentibus, quatenus memoratis Principibus tamquam administratoribus ac rectoribus nostri nomine in singulis intendatis, & ipsis fidelitatis exhibeatis nostro nomine sacramentum. Datum *Wyenne*, IX Sept. Ind. VIII. Regni nostri anno VII.

## 94.

## M. Otto, (der lange,) Albrecht, und Otto (der kleine) verkaufen der Stadt Berlin 10 Marck Brandenb. jährlicher Hebung, aus der Münze daselbst.

Nos *Otto*, *Albertus* & *Otto* fratres, D. G. Marchiones Brand. omnibus praesentes literas audituris & visuris in perpetuum. Notum facimus tenore praesentium publice protestantes, quod civitati nostrae *Berlin* ad suos reditus augmentandos, *decem talenta Brandenburgensis monetae* annuatim solvenda *de moneta* in *Berlin*, cum proprietate & omni jure quod nobis in eadem competebat, sine omni exactione & conamine, pro certa pecuniae quantitate, *vendidimus*, & liberaliter dimisimus perpetuo possidenda, & in usus civitatis, prout consulibus ejusdem expedire videbitur, utiliter convertenda. Ut autem haec nostra venditio tam manifeste & rationaliter facta per nos nostrosque haeredes perpetuo maneat inconvulsa, & ne aliquibus malignari volentibus super ea occasio tribuatur, nec in aliquibus dubium oriatur, praesentes literas de nostra scientia scriptas sigillorum nostrorum suffragiis fecimus communiri. Testes etiam qui praesentes fuerunt, sunt *Johannes* de *Carpzow*, *Arnoldus Weyher*, Jacobus de *Nebet*, Henricus de *Polchow*, nostri *milites* & vasalli; Actum *Spandowe*, datum per manus *Bruningi*, curiae nostrae *Notarii*, A. D. J. MCCLXXX. prid. Non. Aprilis.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

## 95.

## M. Johann, Otto und Conrad befreyen Schönfließ von Vermessung ihres Feldes, und verleyhen der Stadt mehr andre Gerechtsame. 1281.

J. N. D. A. *Johannes*, *Otto* & *Conradus*, D. G. March. Brand. omnibus ad quos praesens scriptum pervenerit salutem in perpetuum. Ne pro defectu memoriae

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

moriae quae provida dispositione geruntur in tempore, mater erroris ingrata surrepat oblivio, expedit gesta in tempore seu gerenda literarum beneficio perhennari. Quapropter notum esse volumus universis, quod cum funiculum nostrum misissemus, ad mensuram campi civitatis *Schowenflete* prædicta civitas composuit nobiscum pro quadam summa placitando nobiscum, ut accepta eadem nunquam debeat ipsius campus, a nobis vel nostris successoribus amplius mensurari, sed debet perfrui ipso jure, quod a prima plantatione possedit, cum agris cultis & incultis, pratis, silvis & pascuis, stagnis, lacubus, piscaturis, litoribus, fluminibus & rivulis, plenarie toto jure. Præterea dedimus civitati prædictæ rivum dictum *Gnatzor*, fluentem a loco claustri quondam habiti ad civitatem, ut ipsum haberent toto usu. Præterea Præfecto dictum est a nobis, ut de omnibus censualibus, & de judicio tertia pars omnibus concedatur; insuper prælibatæ dedimus civitati, quod quoque in civitate forum vel alias secus plateas ædificare possit, vel hortos extra civitatem construxerint, ad usus pertinebit solius civitatis, & non nostros neque Præfecti. Nec hoc omittendum, quod in rivo praefato *Gnatzor* potest memorata civitas molendinum aedificare libere, ad usus proprios sine censu, si Praefecti invenerunt voluntatem. Praeterea versus modium habebit Praefectus in molendino sic ut ante nostra tempora habere liberaliter noscebatur. Hujus rei testes sunt milites nostri *Ludowicus* de *Wedele*, Sifridus, *Hasso* & *Zulius* fratres de *Wedele*, Georgius de *Bewer*, Johannes de *Bersewitz*, Joh. de *Madechin*, Gerardus de *Wozstrowe*, e. a. f. d. Ne vero haec donatio irritetur ab aliquibus Praefectis, scriptum ipsi civitati ad majorem cautelam contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum *Königesberge*, A. D. MCCLXXXI. Id. Febr. dat. per manum *Megnardi* nostrae curiae Capellani.

## 96.

## M. Otto (der lange,) Albrecht, und Otto (der kleine) befreyen und begnadigen die Stadt Soldin. 1281.

In der Gundlingischen Sammlung.

Otto, *Albertus*, & *Otto*, D. G. March. Brand. filii quondam inclyti Dni. *Ottonis*, olim Marchionis Brand. universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Inter multas & arduas solicitudines, & curarum mordaces instantias, quae continuo in aula versantur nostri pectoris, ad illud potissimum aciem inclinemus mentis nostri, qualiter provinciae nostrae ditioni subditae & civitatum roborentur multitudine, & ipsarum meliorationibus necessitatem accipiant incrementi. Consideran-

derantes igitur probitatis mente, quibus fideles & dilecti nobis cives in *Soldin* civitate nostra commorantes, nostris se semper praestiterant conspectibus gratiosos, pensantes nihilominus, quod ejusdem cives civitatis tum propter novam culturam, quae magnam libertatem exigit, tum etiam, quia ex insulta Polonorum jacturis aliquoties sunt dediti & pressuris, ut ipsorum in commoda & actione compellamur Subsidiis quantum ad præsens possumus relevare. Ea propter ad universorum notitiam per scripta præsentia volumus pervenire, quod in restarautionem seu — — decem Choros, quos dicti cives nostri in *Soldin* in *molendino Hartwigii* annuatim habuerunt, nec non unius talenti recompensam, quod iidem cives consueverunt percipere, quotiescunque perhibitum molendinum nostrum contingit sive vendi — nos dedimus sex talenta & quotuor Choros siliginis in censu & molendino *Soldini*, quos & quae, quatenus Caritatis *Soldini* debent cives perpetuis temporibus possidere. — Ad hæc v. ipsam aquamquæ *Mizele* appellatur, usque in constagnationem molendini *Hartwigii* supradicti, quæ quidem constagnatio Eindieck vulgo nuncupatur, & ab eodem molendino degorsum, usque in constagnationem, i. e. Dieck molendini *Gerhardi* de *Wrecch* ipsis civibus de *Soldin*, cum omnibus suis utilitatibus ac libertatibus dedimus perenniter possidendam. Sed in molendino Gerardi de *Wreech* duos Choros annis percipiendos singulis & unum accipiendum talentum, quandocunque emtionis contractu, vel venditionis casu molendinum personas — ad diversas ipsis civibus nostris in *Soldin* titulo obtulimus perennali. Eo nihilominus — — rato & inclusо, quod *Hartwigius* constagnationem molendini sui, i. e. Dieck & etiam ipsum molendinum per eminentiam nullatenus debeat exaltare. Præterea quoque stagna quinque, sc. *Soldin* primum, *Lubbese* secundum, *Clitzke* tertium, *Letze* quartum, *Geritz* quintum — — addicimus civibus prænotatis, cum suis obventionibus perpetuo possidenda, adjicientts insuper omnia illa, quæ prælibata stagna in tota sua humilatione & ascensu, quæ n. *Stouwinge* publice denarrantur, *postestas continere*, iidem cives debeant jure consimili possidere, præter insuper *theloneum* quodlibet in civitate Soldin *liberum* statuimus & *solutum*, cum his etiam obtulimus omnem *censum hortorum* perhibitæ civitatis, illo duntaxat censu de hortis excepto, adjicientibus curiæ & de curia, quæ fuerunt Monachorum. Similiter etiam statuimus, ut omnes civitates vel villæ construendæ *Soldin* jura sua debeant requirere, seu adferre, salvo tamen jure nostro in omnibus alieno. Demum vel talem contulimus gratiam & favorem, ut omnia ædificia, quæ in foro vel alibi in eadem civitate posita fuerint, censum solvere debeant prædictæ civitati. Ut autem prædicta donatio robur

dur assumat perpetuo valiturum, præsens scriptum in lucens testimonium scribi, & sigillis nostris jussimus communiri, testibus subnotatis, Dno. Friederico de *Brunkowe*, Advocato nostro, Henrico de *Sidow*, Johanne *de Porwenitz*, Ottone & Conrado fratibus de *Winninge*, Bernhardo de — — Johanne de *Königsmark*, Brunijone de *Osterborck*, Theodorio de *Lœwendal*, c. a. q. pl. claritate fidei approbatis. Dat. A. D. MCCLXXXI. in festo S. Trinitatis.

## 97.

## M. Johann II. Otto IV. und Conrad weisen Stendal an, sich nach dem zu achten, was wegen der Bede mit den Vasallen im Havellande verglichen worden. 1281.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Omnibus has literas cernentibus *Johannes*, *Otto* & *Conradus*, D. G. March. Brand. salutem in omnium salvatore. Recognoscimus & literis praesentibus publice protestamur, quod nos civitatem nostram *Stendal* jussimus firmiter observare, universa & singula, quae cum *Vasallis* nostris in *Marchia*, nec non in aliis terris nostris *Havelberg* & *Havelland* commanentibus, placitavimus, ratione precariae, sive petitionis exactoriae, quam ipsis in praedictis terris nostris vendidimus, juxta quod civitas *Stendal* praedicta *Vasallis* & *terris præmissis*, nec non Vasalli nostri & terrae praescriptae vice reciproca parere debeant, secundum formam privilegiorum desuper eis traditam & confectam. In cujus rei evidens testimonium & cautelam praesens scriptum fieri jussimus, & sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Dat. *Tangermunde* A. D. MCCLXXXI. IVto. Id. Sept. per manum Dni. Johannis de *Corticim Præpositi in Granzogge*.

## 98.

## M. Otto IV. und Conrad befreyen die Havelbergischen Stifts-Güter von der Bede, und den Abgaben an den Lands-Bedell. 1282.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Otto & *Conradus*, D. G. March. Brand. Omnibus has literas inspecturis in perpetuum. Ne fluxus temporis aut oblivio rerum surripiat, quae coram nobis aguntur, consuevimus ea literarum testimonio aeternare. Inde est quod ad notitiam cunctorum fidelium, tam praesentis quam futuri temporis volumus pervenire, quod universa & singula bona *ecclesiæ Havelbergensis*, ubilibet sub nobis sita, a qualibet *exactoria petitione* dimisimus libera & soluta. Nec *Bedellus* noster intrabit eadem bona ad requirendum *pullos*, *denarios lignorum*, *janitorum*, *Bedellorum* & *ferri*. Nec aliquam importunam exactionem in eis exercebit, secundum

dum quod in privilegiis desuper confectis, traditis *Advocatiæ Havelbergensi* plenius continetur. Veruntamen noster *Bedellus* licite intrare poterit praedicta bona ad requirendum censum nostrum de iisdem per pignorum captionem, si nobis annuus census non fuit datus terminis ad hoc specialius deputatis, secundum quod eisdem privilegiis similiter est insertum, jurisdictionem & advocatiam nostram in eisdem bonis obtinebimus, sicut prius. In cujus rei evidens testimonium & cautelam prius scriptum fieri jussimus, & sigillorum nostrorum appensionibus communiri annotatis testibus idoneis, quorum nomina sunt haec: Johannes de *Nowen*, Dapifer curiae, Johannes de *Tetze*, Conradus de *Quitzow*, milites, Busso de *Breſſk*, Advocatus Havelb. e. q. pl. a. f. d. Act. & dat. Havelberg A. D. J. MCCLXXXII. VII. Id. Mart. per manum Dni. *Johannis de Briest.*

## 99.

## M. Otto und Conrad privilegiren die Stadt Ratenow. 1283.

*Otto* & *Conradus*, D. G. March. Brand. omnibus in Christo fidelibus praesentes literas inspecturis in perpetuum. Quae felix donat voluntas Principum aut roborat ordinando, fulciri solent testimonio literarum, ne eorum posteris exinde aliqua dubietas oriatur. Inde est, quod tenore praesentium ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod dilectis nostris in Christo *Burgensibus* civitatis nostrae *Ratenow*, decrevimus concedendum, quod plene & perfecte sine diminutione aliqua, libertate omnium suorum jurium frui debent, & possunt, quam fruuntur aliae cunctae civitates in nostro dominio constitutae, nec unquam aliquem hominem, cujuscunque conditionis fuerit, faciemus in civitate nostra *Ratenow* vel extra civitatem nostrae dominationis totius ejus Marchiae per aliquem Advocatorum nostrorum aut officialium, contra justitiam captivari, vel impediri, in quo jura & libertates praedictorum Burgensium quodammode laederentur. Quicquid vero judicandum fuerit, id ad jurisdictionem Praefecti dictae civitatis, & non alicujus alterius Judicis pertinebit. Item *Obulam* decurrentem per *fossatum* ipsius civitatis in ejus decursu non obstrui aliquatenus faciemus aliquibus structuris, Wehre teutonice nominatis, per quos posset in impedimentum civitatis decursus *Obulæ* aliquatenus impediri. Tamen quicquid in piscina & in fossato piscium fuerit, id usui nostro totaliter reservamus. Ut autem hujusmodi libertatis concessio per nos nostrosque successores haereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, praesentes literas in evidens testimonium desuper conscribi jussimus, & sigillo-

Aus der Gundlingischen Sammlung.

ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari, adhibitis teſtibus, qui praeſentibus aderant ſubnotatis, ut Haſſone de *Wedel*, Johanne de *Oldenvliet*, Buſſone de *Bellinge*, Godfredo de *Oldenhaſen*, e. q. pl. a. f. d. Dat. *Ratenow* A. D. MCCLXXXIII. Vta. fer. proxima poſt Dom. Miſericordias Domini per manum *Bernardi* curiae noſtrae Notarii & Capellani.

100.

## M. Otto IV. und Conrad überlaſſen dem Stift Havelberg Kümmernitz und Breddin gegen Clöden. 1284.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. *Otto* & *Conradus* D. G. March. Brand. omnibus has literas inſpecturis ſalutem in perpetuum. Cum omnium habere memoriam, & in nullo penitus delinquere, potius ſit divinitatis quam humanitatis; (ſolum enim divina perfecta ſunt, quod immutari non poſſunt,) conſuevimus ergo ea, quae coram nobis aguntur, literis & teſtibus aeternare. Ad notitiam igitur univerſorum tam praeſentis, quam futuri temporis Chriſti fidelibus volumus praeſentibus pervenire, quod cum ſitus villae *Clodene*, quam *Havelbergenſis eccleſiæ Canonici Regulares* annos centum & amplius libere & quiete poſſederant, ipſi eccleſiae non competeret, nos prudentum noſtrorum virorum maturo uſi conſilio, pro dicta villa duas noſtras villas, videlicet *Kummernitz* villam *Sclavicalem*, & *Breddin* villam *commutavimus* dictis Canonicis ſaepe dictae eccleſiae Havelb. donantes easdem cum proprietate earum, cum jure patronatus, cum pratis, paſcuis, paludibus & ſilvis, cum molendinis & attinentiis earundem univerſis, cum proprietate & omni jure, quod nos hactenus habuimus in eisdem, easdem poſſidendas perpetuis temporibus pacifice & quiete. *Advocatus* quoque noſter, ſeu ſuus nuntius, qui *Bedellus* dicitur, nec aliquis ex parte noſtra praeſcriptas villas de cetero ſubintrabit, ad requirendum ab incolis earundem ſervitia indebita, vel exactiones etiam aliquales. De duobus vero ſolidis pro cenſu nobis quolibet anno, de manſis ſingulis perſolvendis, nomine petitionis de cetero non requirendae, de illis ad Praepoſitum praefatae eccleſiae recurſum habebimus, & hic eos nobis perſolvere tenebitur tempore ſolutionis deputato. Quod ſi non fieret, ex tunc *Bedellus* noſter bona ſaepe dictae eccleſiae licite ſubintrabit, ad requirendos hujusmodi ſolidos per pignorum captionem: Ceterum incolae dictarum villarum ligna pro ſua neceſſitate ignium licite reſecabunt, & afferent trans pontem, qui *Vogedesbrugge* in Teutonico nominatur, in *locis* videlicet, *ubi cives Havelbergenſes ligna reſecare* hactenus conſueverunt, nec proinde debent aliqualiter peregrinari. Ne igitur haec noſtra commutatio ſimul & donatio a nobis

bis, vel a nostris posteris futuris temporibus valeat violari, praesentem cedulam fieri jussimus, & sigillorum nostrorum apicibus (appensionibus) communiri. Testes hujus rei sunt Dnus. *Adam* Praepos. eccl. Stendal. Dnus. Praepos. *Bertoldus Stolpensis*, Theodoricus de *Osterborch*, tunc curiae nostrae *Dapifer*, Hermannus de *Gardelege*, Rudolphus de *Ronstede* milites, e. a. q. pl. f. d. Actum & datum *Zandow*. A. D. MCCLXXXIV. VII. Non. Mart. Praesentibus etiam Venerabili Domino *Henrico* ejusdem eccles. Episcopo, & Dno. *Henrico* ibidem *Præposito*, *Johanne* tunc *Custode*, *Egberto Canonico* dicti loci, Dno. *Johanne Plebano* in Sandow.

101.

## M. Otto, der Lange, und Otto der Kleine, vereignen dem Capitul zu Brandenburg das von Waltern von Barby gekaufte Langerwische. 1285.

J. N. D. A. Nos *Otto* & *Otto* junior D. G. Marchiones, Brandenburg. ad notitiam præsentium & ad futurorum memoriam, omnium præsentiam præsentis paginae lecturorum, volumus pervenire, quod de consensu haeredum nostrorum, ad cultum Dominicum ampliandum, & ad instantiam *nobilis viri Walteri* de *Barby*, ecclesiae S. *Petri* in claustro *Brandenb.* ad usum *Præpositi* & *Capituli* ejusdem ecclesiae proprietatem villae *Novi Langerwisch*, juxta oppidum *Belitz*, quam villam feodi nomine dictus nobilis Dnus. *Walterus* de *Barby* hactenus a nobis possedit, damus libere & donamus, cum suis terminis omnibus, distinctionibus, pacta, censu, advocatia, judicio quolibet, & cum omni dominio quod habuimus, vel in posterum habere potuimus, cum silvis & pascuis, pratis & aquarum decursibus, lignis, mericis, piscationibus, paludibus, terris cultis pariter & incultis, viis, compitis, nemoribus, & arbustis, & generaliter cum omni utilitate, proventu, usu, usu fructa, meliorrtione & cum omni possessione propria vel communi perpetuis temporibus possidendam. Profitemur nihilominus per praesentes, quod prædicta eccles. Brand. sc. *Propositus* & *Capitulum* feodum dictæ villae *Langerwisch* a praedicto nobili viro, *Waltero* de *Barby* pro certa pecuniae summa emit, & quodlibet frustum, quod provenit de eadem villa pro VIII. marcis Brandenb. argenti emendo ab eodem *Waltero* comparavit, percipiendum perpetue pleno jure, computatis pro frusto, choro siliginis, choro ordei, talento denariorum, & duobus choris avenae. Ut autem praedicta nostra donatio a nobis & a nostris haeredibus rata semper habeatur, & ut praedictae ecclesiae

Aus der Süßmilchischen Sammlung

& Capitulo ab omni molestia & iniqua infestatione plenius caveatur, quae circa dictorum bonorum & villae praedictae possessionem posset exoriri a nobis vel a nostris haeredibus seu subditis in futurum, omne jus quod in eademvilla, & in ipsius villae terminis nos vel nostri Advocati, de causa justa vel injusta, magna vel parva exercere potuimus, usque modo praedictae ecclesiae & Capitulo conferimus & libenter relaxamus. In cujus rei evidens testimonium praesens scriptum confici, ac sigillorum nostrorum appensionibus jussimus roborari. Praesentibus testibus infra scriptis, Dno. *Gebhardo* Episc. Brand. *Petro* Priore ibid. Dno. *Waltero* de Barby, Dno. *Bartoldo Præposito* in *Saltwedele*, Dno. *Hermanno* de *Carpzowe*, *Heidenrico* Praeposito *Brandenb.* Johanne de *Monckeberge*, Reinekino de *Tremmene*, *Wilhelmo Scriptore*, *Henrico Magno*, Baldekino de Brugis, *civibus* Brandenburgensibus, e. a. q. pl. f. d. Dat. Brandenb. A. D. MCCLXXXV. XIV. Cal. April.

102.

## M. Otto der Lange, und Otto der Kleine, geben den Tempelherren Zilentzig, und mehr andre Güter. 1286.

Aus der Gundlingschen und Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. E. J. Tr. A. Ne ea quæ aguntur in tempore &c. Hinc est quod nos *Otto*, & *Otto* jun. D. G. March. Brandenb. notum facimus universis tam praesentibus, quam etiam his, quos divina gratia disponente natura in esse produxerit in futurum, quod moti affectu sincerissimo, quem habemus ad *Ordinem Sanctæ domus militiæ Templi*, praesertim & ad Fratres in eodem Ordine Domino famulantes, ad honorem ipsius Dei, & gloriosæ Virginis, Matris suæ, ejusdem Sanctæ domus templi & Fratribus ejusdem Ordinis, donamus oppidum *Sulenzec*, villas *Langenvelde*, *Bresin*, *Richenowe*, *Buchholt* & *Luben*, cum omnibus attinentiis, agris, lignis, aquis, pascuis, molendinis, atque pratis, & aliis situbus universis, cum omni usu & utilitate, cum advocatia & omni dominio atque jure, cum libera & omnimoda proprietate, sine omni petitione exactoria, & prorsus absque omni gravamine, perpetuo possidendas, & sibi utiles faciendas. Adjecimus quoque, quod oppidum *Sulenzec* & habitatores in illo in perpetuum obtineant suum forum, & quod eadem Sancta domus templi, & fratres Ordinis ejusdem jus patronatus ecclesiarum in *Sulenzec* & villis habeant praedictis perpetuis temporibus pacifice & quiete. Cedimus omni jure & dominio, quae usque modo habuimus in praedictis. In horum praedictorum omnium praestationem lucidam, & certitudinem evidentem, ne quoque nostris haeredibus in futurum, aut aliis quibuscunque dubietas occasionem generet malignan-

ſignandi, & ut noſtra dontio, ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum perpetuo immutabilis perſeveret, praeſentem paginam inde ſcribi fecimus, & de certa noſtra conſcientia juſſimus roborari noſtrorum ſigillorum appenſione, teſtibus, qui praeſentes aderant infra ſcriptis, Dno. *Gernoldo* Praepoſ. in Saltwedele, Fratre *Johanne* de *Belitz*, de clauſtro Lenin, Dno. *Rudolpho*, de Annhalt, Dno. *Ottone*, & Dno. *Conrado* de *Winnighe*, Dno. *Theodorico Sparren*, Dno. Hermanno *Botel* & Dno. Ludekino de *Bornem*, c. m. a. f. d. Dat. in *Quartzan* A. D. MCCLXXXVI. VI. Calend. Novembr.

## 103.

## M. Otto IV. und Conrad befreyen Prentzlow von Vermessung der Aecker, und bestätigen ihr noch andre Freyheiten. 1287.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

J. N. D. A. Omnibus in Chriſto fidelibus praeſentes literas inſpecturis, *Otto* & *Conradus* D. G. Marchiones Brandenb. in perpetuum. Humani generis actiones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum notitia dilabuntur, quae nec ſcripturarum nec teſtium munimine confirmantur. Ea propter conſtare volumus tam praeſentibus quam futuris Chriſti fidelibus univerſis, quod cauſam dimenſionis agrorum adjacentium civitati *Printzlauw*, quæ nos tangebat ex una, & civitatem ex parte altera terminavimus de maturo prudentum noſtrorum conſilio favorabiliter in hunc modum, videlicet menſuram agrorum praefatae civitatis nunc & in perpetuum relaxamus ſimpliciter, ita ut nec a nobis, nec a noſtris hæredibus univerſis unquam fuerit repetenda; civitas etiam *Prinzlauw* cum agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſtagnis, aquis, fluentibus, paludibus, & cum omnibus his incluſis, quæ in primis civitatis diſtractionibus continentur, libera manebit in perpetuum a menſura, & neque nos, neque noſtri hæredes debemus civitatem *Prinzlauw* contra *Inſatiam* impedire, aut agros, aut ſtagna aut prata, aut paſcua, aut aquas fluentes, aut paludes, aut metas, quæ teutonice dicuntur ein Huffschlag, vel in menſura, ſeu in aliis rebus, quas quis excogitare ſciret ſive poſſet. Item civitas *Prinzlauw*, Burgenſes & eorum hæredes manebunt apud ſua jura, & obtinebunt libertates, quas a nobis & a noſtris progenitoribus ſibi datas poſſunt evidentibus privilegiis rationabiliter approbare, privilegia quoque eorum, in quibus hujusmodi jura & libertates continentur, non debent cum aliis inſcriptis articulis permutari. Et quicquid nobis contigerit cum prædictis Burgenſibus ſingulis annis ſeu temporibus placitare, hoc non diminuere debet noſtras libertates & privilegia prædonata. Præterea civitatis Burgenſibus, & eorum hæredibus dedimus in perpetuum hoc ſervan-

vandum, quod omnia molendina dictæ civitati adjacentia currus suos mittere debent ad civitatem *Prinzlauw*, & annonam quamcumque molendam educere debent & reducere, utpote nostrorum dictavit sententia discretorum, & nolumus, ut aliquis ausu temerario præsumat hujusmodi molendinarias, vel eorum nuntias in his statutis quodammodo impedire. Insuper prædictis Burgensibus liberam & plenariam damus facultatem, quod possint se ac civitatem *Prinzlauw*, quandocunque eis placuerit, *muro firmare lapideo*, & munire sine impedimento & molestia alicujus. Hæc omnia promisimus civitati, Burgensibus, & eorum hæredibus firmiter ac fideliter observanda a nobis nostrisque successoribus, & hæredibus præsentibus ac futuris. Pro *hujusmodi libertatis donatione* prædicti Burgenses dederunt nobis *CCC marcas* Brandenb. monetae. Ut autem haec omnia praemissa firma permaneant, & perpetuo inconcussa, praesentes literas in evidens testimonium desuper conscribi jussimus, & sigillorum nostrorum appensionibus roborari, testibus adhibitis, qui praesentes aderant, subnotatis, ut Friderico de *Ecstede*, Ludew. & Hassone, fratribus de *Wedele*, Henrico de *Wartenberghe*, Bussone de *Bellinge*, Johanne de *Gryfenberge*, Gebhardo de *Wozstrowe*, Joh de *Sparrenwolde*, militibus, Joh. de *Berkholde*; Advocato *Pazewalkensi*, Henrico *Venatore*, Advoc. *Lewenwaldensi*, *Annone*, Adv. *Stolpensi*, *Johanne*, & *Betekino*, *Præfectis* civitatis, Conrado Vinitore, Henrico Rufo de *Lughe*, Rudolpho de *Schanninge*, Berengero & Conrade de *Stagno*, Scabinis, Joh. Fabro, Theodoro Pellifice, Alberto de *Brunswick*, Henrico de *Juterwitz*, Joh. de *Niendorp*, Nicolao de *Diebe*, tunc temporis Consulibus, e. q. p. a. f. d. Datum *Printzlauw* A. D. J. MCCLXXXVII. in die nativitatis B. Mariae virginis, per manum *Bernardi* curiae nostrae Notarii.

## 104.

## Privilegium der Stadt Cremme, von den vier Gebrüdern, M. Otto IV. Conrad, Henrich (ohne Land) und Johann IV. Zum Beweis, daß die zween letzten mit zur Regierung in der Marck gekommen, und die Marck Landsberg an sich zusammen gebracht, im Jahr. 1288.

Aus der Süßmilchischen Sammlung. J. N. D. A. *Otto*, *Conradus*, *Henricus* & *Johannes*, D. G. *Brandenburgenses* & de *Lantzberg Marchiones*, omnibus has literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoniam humana mens de facili labitur in oblivionem, necessarium duximus, ea quae a nobis rationabiliter gesta sunt, scriptis memoriae commendare. Inde est, quod notum esse volumus tam praesentibus quam futuris,

&

& tenore praesentium protestamur, quod cum Burgensibus nostris in *Cremmen* mediante discretorum nostrorum virorum provido consilio & maturo, placitando convenimus, in hunc modum: videlicet, quod omnem libertatem, quam ab antiquo habuerint, universa & singula ipsis dedimus & donavimus, quocunque censeantur nomine, videlicet *silvam* sive *lacum*, qui vocatur *Moder*, usque ad *Scharpenberg*, a monte *Scharpenberg* usque ad *fluentem Rhyn*, a fluente *Rhyn*, usque ad viam *Rothendamm* (*), & ulterius versus *Schwartelake*, cum omnibus eorum proventibus, lignis, graminibus, paludibus, pascuis, aquis, agris, pratis, atque silvis, & omnibus aliis utilitatibus, intra contentis, ipsis donavimus, & contulimus perpetuo possidendas; adjicientes praeterea, quod dimensio sive ordinatio, mensuratio in campis, agris, pascuis & paludibus, & in aliis attinentibus universis civitatis *Cremmen*, per *Advocatum* nostrum *Gallum*, & per *Ernestum*, famulum de *Kalene* nunc facta est, non debet a nobis nec a nostris successoribus hæreditariis deinceps fieri dimensio aliqualis. Item civitas *Cremmen*, habebunt sua, & forum & civitatem, cum molendino *Rosmolen*, ut hactenus consueverunt. Libertates etiam, quas a nobis & a nostris progenitoribus sibi prius datas rationabiliter in perpetuum observabunt, dummodo nobis de quolibet manso tres solidos denariorum Brand. in festo S. Martini singulis annis ministrabunt. Pro hujusmodi quidem libertate, ac donatione & omnibus aliis articulis præmissis præfati Burgenses nobis dederunt Centum talenta & quatuor talenta denariorum Brandenburgensium paratorum. In supra dictorum quidem omnium evidens testimonium & cautelam præsentem paginam fieri jussimus, & singulorum nominum impressionibus signari. Testes hujus rei sunt Jacobus de *Slyben*, Johannes de *Nawen*, Hermannus de *Redern*, Zavellus de *Plavia*, Joh. de *Oldensliede*, Joh. de *Blanckenfelde*, Henricus de *Stegelitz*, Arnoldus de *Badingen*, Nicolaus de *Schlaberndorp*, Henricus de *Hakenbeke*, & *Gallus* tunc temporis *Advocatus*, milites, e. a. q. p. f. d. Actum & datum *Bötzo*, A. D. MCCLXXXVIII. quinta feria ante ascensionem Domini, & datæ per manum Dni. *Johannis de Clepelshagen* nostræ Curiæ Notarii & Capellani.

## 105.

## M. Otto IV. und Conrad vergleichen sich mit B. Heidenreichen zu Brandenburg wegen der Stifts Güter im Löwenberg. 1289.

Omnibus in Christo fidelibus præsentes literas audituris, *Otto* & *Conradus* D. G. March. Brand. salutem in omnium Salvatore. Recognoscimus & præsentibus

In der Gerckenschen Sammlung.

(*) Die Gundlingische Urkunde hiervon, nennt hier einem Kortendamm.

tibus evidentius proteſtamur, quod cum venerabili Patre, Dno. *Heidenrico*, Brand. Epiſcopo, ſuper vexationibus repellendis, ac injurioſis ammonitionibus quorundam malorum hominum pariter amovendis, quibus ipſe Dnus. Epiſcopus, ſuique ſubditi continue fatigantur, placitavimus in hunc modum; videlicet dictum Dnum. Epiſcopum ſuosque ſucceſſores, & eccleſiam Brandenburgenſem debemus eripere ab impetitione filiorum *Rodingi* militis, ita quod penitus omni renuntient actioni. Item privilegia a nobis data, & a patre noſtro, & patruo noſtro ſimiliter ſuper bonis eccleſiæ & libertatibus obſervabimus *in territorio Lewenbergh* in integrum & ex toto. Similiter alia privilegia poſt modum a nobis data *ſuper bonis* in *Lewenbergh*, & villis adjacentibus, & ſuper terminorum limitibus & de lignis etiam obſervabimus pro completis. Item quicquid fit circa libertatem & proprietatem in bonis dicti Dni. Epiſcopi, hoc idem fiet in bonis Canonicorum Brandenburgenſium, & de bonis ipſius Dni. Epiſcopi, & Dominorum debet intelligi, tam in pheodatis, quam liberis, dummodo ſit proprietas Epiſcopi vel prædictorum Dominorum. Item promittimus prædictum Dnum. Epiſcopum & ſuum Conventum, cum ſuis vaſallis & aliis eorum ſubditis agere quod placet, nec in his eos impediemus aliquatenus, immo cum omni diligentia eos promovebimus, ad ſuos ſubditos compeſcendos, ſi forſitam ſubditi vellent reſiſtere quoquomodo. Item eundem Dominum Epiſcopum vel ſuam eccleſiam non — — — inpignorabimus ullo modo, nec aliquas impignorationes fieri ab aliis admittemus. Item ſi quid quaeſtionis emerſerit, hoc committemus judicio Domini Archiepiſopi Magdeburgenſis decidendum, ſi vero decidi non poteſt per Archiepiſcopum Magdeb. per ſimplicitatem, malitiam, aut favorem, ad vaſallos dicti Dni. Epiſcopi Magdeburgenſis judicium revertetur, & juxta eorum arbitrinm, & noſtrorum vaſallorum pariter hujusmodi qnaeſtio ſopietur. Item contra invaſores eccleſiae Brandenburgenſis & injuriantes, procedemus bona fide; contra alios vero, qui noſtrae dominationi non ſunt ſubditi, literis & aliis ſuffragiis, quibus poſſumus, praeſtabimus, fideliter ſconſilium, auxilium, & favorem. Item agri villarum ſaepe fati Dni. Epiſc. & Conventus non menſurabuntur, ſed ſervabuntur, utpote in literis patentibus, & privilegiis deſuper traditis lucidius continetur. Igitur ut praemiſſa omnina per nos noſtroſque ſucceſſores haereditarios temporibus perpetuis immutari nequeant, aut etiam retractari, pro eo jam dictus Dnus. Epiſcopus Brandeub. centum marcas argenti nobis dedit. Nos quoque eidem Dno. Epiſopo, ſuiſque ſucceſſoribus & eccleſiae Brand. praeſentes literas in robur perpetuum, & in evidens teſtimonium deſuper conſcribi juſſimus,

&

& sigillorum nostrorum muniminibus roborari. Hujus rei testes sunt, *Rudolpus*, Venerabilis *Abbas* de *Chorin*, Henricus de *Wardenbergh*, Fridericus de *Ecstede*, Johannes de *Oldenvliet*, Johannes & Godefridus fratres de *Gryfenbergh*, Henricus de *Dossa*, Arnoldus de *Badinge*, Walterus de *Beltitz*, Johannes de *Hakenberch*, milites, e. q. p. a. f. d. Actum & datum *Liewenwolde* A. D. MCCLXXXIX. in sexta feria ante Reminiscere, per manum Dni. *Bernardi* curiae nostrae Notarii.

105.

## M. Otto der Lange, belehnet die Stadt Berlin mit dem Wedding. 1289.

Universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, *Otto* D. Gr. Brand. Marchio salutem in perpetuum. Illorum vota tenemur ex debito specialis favore gratitudinis liberalius & libentius exaudire, quorum firma fides puraque devotio per operum argumenta gratifica nostris adspectibus laudabiliter praesentantur. Noverint itaque universi, tam praesentes quam futuri, quod ad hoc, ut honesti cives nostri in *Berlin*, propter grata & multimoda, quae nobis impenderunt obsequia fructus emolumentum se gaudeant accepisse, nos ipsis *civibus nostris in Berlin* feodum verum & justum titulum feodi annexum *curiae Weddingae* damus & dedimus perpetuis temporibus possidendum, transferentes in ipsos *cives de Berlin & civitatem ipsam* similiter omne jus ac totam proprietatem, quod & quam habuimus in feodo praenominato. Ut autem hujusmodi nostra donatio a nobis & nostris successoribus inviolabiliter observetur, praesens scriptum desuper confectum ipsis civibus dari jussimus sigillo nostro praesente communitum. Datum *Spandow* A. D. MCCLXXXIX. in vigilia Assumtionis B. Mariae virginis gloriosae. Aus der Süßmilchischen Sammlung.

106.

## M. Otto IV. und Conrad vereignen der Altstadt Brandenburg Brilow.

J. N. D. A. *Otto* & *Conradus*, D. G. March. Brand. omnibus Christi fidelibus, ad quos praesentes pervenerint, salutem in perpetuum. Quoniam generatio transit, & generatio advenit, & suis spatiis praetereunt universa, expedit gesta in tempore linguis testium & scriptis Principum roborari. Hinc est quod notum esse cupimus universis & singulis, quod damus civitati nostrae *Antiquae Brandenburg* in subsidium & juvamen *proprietatem villae Brilow*, cum omni jure, quod in prae- In der Gundlingischen Sammlung.

dicta villa habuimus, jure civitatensi in pacis tranquillitate perpetualiter possidendam. Hujus rei testes sunt milites nostri, Dnus. *Conradus* de *Quitzow*, Hyo de *Konnigesmarke*, Wichardus de *Wusterow*, Albertus de *Wewelinge*, & noster Advocatus ibidem tunc temporis Henricus *Regesere*, e. a. q. pl. f. d. Ut autem haec donatio nostra in perpetuum firma sit & stabilis, literas hinc inde confectas praedictae civitati nostrae contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum *Sandow* A. D. MCCLXXXX. Datum per manum Henrici de *Stertenborch* nostrae curiae Notarii.

## 107.

## Albrecht, (der Unartige) M. z. Meissen, und Landgraf in Thüringen, und M. Otto IV. von Brandenburg und Landsberg verweisen den Adel in den Landen Leipzig, ꝛc. an den Bischof zu Merseburg. 1291.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

NB. Hier ist der Beweis, daß die Pfalz-Sachsen nach M. Albrechten gehöret.

**A**lbertus, D. G. Landgravius Thuringiæ, *Comes Palatinus Saxoniæ*, & *Otto*, eadem gratia Brandenburgensis & de Landsberg Marchio, universis tam nobilibus, quam aliis in quatuor sedibus judiciorum, videlicet *Rötham*, & in sede super fossatum apud *Lipsk*, & in sede *Lutzin*, & in sede *Ranstedt*, residentibus seu bona habentibus, salutem & omne bonum. Universitatem vestram nosse volumus per præsentes, quod cum Venerabili Domino nostro *Heinrico Merseburgensi Episcopo* placitavimus, quod tam civitas *Lipsk*, quam quatuor sedes judiciales videlicet in fossato ante *Lipsk*, & in *Röthané* & in *Ranstedt*, & in *Lüzin*, cum universis hominibus & bonis in his quatuor sedibus contentis debent esse Venerabilis Domini nostri Episcopi, & *ecclesiæ Merseburgensis* perpetuo possidenda, quia revera cognovimus, quod suum jus in his sedibus judiciorum, juri omnium, qui sedes easdem impetunt, longe & melius praevalet. Quo circa universitatem vestram studiosius duximus exorandam, & exhortandam, quatenus justitiam intuentes, Deum prae oculis habeatis, nostrique perpetui servitii & promotionis intuitu homagium faciatis Ven. Dom. *Mersiburgensi* Episcopo, bonaque vestra ab ipso recipiatis, scientes, si in hoc nostris obtemperaveritis precibus & monitis, ita quod praefato Dno nostro tamquam Domino vestro obediveritis, quod tunc statim abnunciamus omni juri & impetitioni, quam huc usque habuimus in sedibus judiciorum memoratis, volentes ad hoc promotioni vestrae omni tempore intendere, tamquam nobismet ipsis homagium fecissetis. In praedictorum omnium evidentiam, literam nostram apertam vobis mittimus, sigillorum nostrorum appensione roboratam. Datum Ileburgae A. D. MCCLXXXXI. quarta feria post diem Briccii.

108.

108.

## M. Otto und Conrad, nebst den Söhnen desselben, M. Johann V. und Otto VIII. begnadigen Wusterhausen mit den Hopfen-Gärten. 1291.

J. N. D. A. *Otto*, *Conradus*, *Johannes* & *Otto* Marchiones Brand. & de Landsberg, omnibus hanc literam cernentibus in perpetuum. Recognoscimus praesentibus literis publice coram omnibus protestantes, quod civitati nostrae *Wosterhusen* & civibus nostris ibidem universas *humuli areas*, sitas circa civitatem eandem, donavimus & apposuimus, cum universi juris integritate proprietatis titulo quiete & pacifice possidendas, adjicientes, quod nullus Advocatorum nostrorum, neque officialium nostrorum praefatos Burgenses debeat in praefato humulo sive in areis eisdem ullo in opere impedire. In hujus rei evidentiam pleniorem praesentes conscribi jussimus litteras, & sigillorum nostrorum munimine decrevimus communiri. Acta sunt haec Ratenowe. A.D. 1291. in festo S. Michael. Archang.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

109.

## H. Albrecht zu Sachsen verspricht, keinem andern seine Stimme zur Röm. Königswahl zu geben, als den K. Wenzlaw in Böhmen, und M. Otto, der Lange, zu Brandenburg erwählen würden. 1291.

Nos *Albertus* D.G. Dux Saxoniae, Anguriae & Westphaliae, Comes de *Brene* Burggravius de Magdeburg, S. R. J. Princeps Marscalcus, ad universorum notitiam volumus tenore praesentium pervenire, quoniam magnifici Principes Domini, *Wenceslaus* Rex Bohemiae, *Pincerna*, & *Otto Longus Marchio Brandenburgensis*, *Camerarius* ejusdem imperii, qui una nobiscum & aliis imperii Principibus, in electione Romanorum Regis & Imperatoris obtinent jus & vocem, nobis benevole promiserunt, quod priusquam ipsi personam aliquam in Regem Romanorum eligerent, procuraturi sint, ut *persona* illa, quae *tunc in Regem Romanorum eligenda* fuerit, nos certificet, & nobis *caveat* de *quatuor millibus marcarum*, & *quingentis marcis argenti puri Pragensis* Ponderis, quod nobis easdem in competentibus terminis exsolvat Rex Romanorum praedictus; & si poterunt, nostra negotia apud eundem Regem Romanorum, quicunque fuerit, in melius dirigi, illud procurabunt, etiam ante electionem praedictam. Qui Rex Romanorum, qui per nos electus fuerit, de *octingentis marcis argenti*, quibus apud *Thizmannum* Landgravium

Aus der Gundlingischen Sammlung.

vium pro nobis in *Altenburg*, ad mandatum quondam Domini Rudolphi Regis Romanorum fidejussimus, nos certificet, nobisque plene caveat de eisdem. Ordinabunt etiam ante electionem eandem, ut quicquid juris per sententiam Regiem contra Archiepiscopatum & ecclesiam Magdeburg. obtinuimus, illud idem ulterius Rex prosequendumRex Romanorum,qui electus fuerit,nos teneatur juvare justitia mediante. Et omnia expressa superius, quae pro nobis apud praedictum RegemRomanorum noviter eligendum efficere & procurare promiserunt, & si nos ante electionem Regis Romanorum, quod absit, continget decedere, pro nostris haeredibus fideliter procurabunt. Ceterum cum ad electionem celebrandam Regis Romanorum, eundem Bohemiae Regem in proximo continget procedere, nos ad locum pro electione Regis Romanorum statuendum cum ipso Rege Boemiae in societate expensis & conductu ipsius, cum decem nostris militibus, duobus Capellanis, & octo Domicellis, quos *ipse Rex Boemiae vestire promittit*, venire, stare & redire debemus, ubi in electione praedicta *Vocem & autoritatem nostram non in alium, nec aliter dirigemus*, nisi *sicut eidem Regi Boemiae* placuerit, & sicut in aliis nostris patentibus literis super voce & autoritate per nos in eundem Regem Boemiae translatis & directis, plenius continetur. Quod si legitimo impedimento praeventi ad terminum & locum praedicte electionis suscipiendae venire non possemus, vel absoluti per ipsum Regem Boemiae ab isto itinere apud propria maneremus, *nuntii nostri*, quos loco nostri ad praedictam electionem in *ipsius Regis expensis*, cum pleno & sufficiente mandato nostro *ad eligendum tenebimur mittere*, non aliter, quam nos ipsi, si praesentes adessemus, juxta praedictarum nostrarum literarum, quas ipsi Regi Boemiae dedimus, super hoc continentiam, facere teneantur. Jn quorum omnium testimonium & roboris firmitatem praesentes fieri, & sigillo nostro jussimus communiri. Dat. & act. in *Sittavia* A. D. MCCXCI. in vigilia B. Andreae Apostoli, Indict. V.

## 10.

## M. Otto IV. und Conrad, nebst M. Johann V. und Oto VIII. vereignen der Stadt Wusterhausen den Wald Karpow 1293.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Nos *Otto* & *Conradus*, *Johannes* & *Otto* D. G. March. Brand. & de Landsberg recognoscimus publice protestantes præsentibus, quod civitati nostræ *Wusterhusen* libere donavimus & donamus universa & singula bona, quocunque censeantur nomine, cum omnibus eorum proventibus, videlicet silvam, quæ vocatur *Karpowe*, a campo *Mazeltiin*, & a campo *Garthowe*, usque ad nostra prata

quæ

quæ videlicet bona Dominus *Ghevehardus*, Dominus *Conradus* & *Johannes* dicti de *Plote* ipsi civitati præteritis temporibus donaverunt, ita quod omnes reditus, qui in prædicta silva nunc sunt, aut in posterum fieri possunt, usibus civitatis prædictæ integre perpetuo permanebunt; addicimus etiam quod omnes areæ extra civitatem eandem positæ, quæ nunc sunt aut in futurum fiunt, nostris areis ad castrum pertinentibus exceptis, suum censum solvent omnimodo civitati; donavimus etiam iis omnia pascua, seu prata infra metas camporum Civitatis Wusterhusen jacentia, nostris duntaxat pratis nostrorumque Burgensium exceptis, seu ubi agricolæ suis aratris arare non possunt, ipsi civitati jugiter possidenda, habentes gratam & ratam omnem donationem, quam prædicti de *Plote* ipsius civitatis usibus ab antea donaverunt, adjicientes præterea, quod dimensio nunc & in campis & in pascuis & in universis attinentiis civitatis facta, non debet deinceps in ipsis fieri dimensio ullis in temporibus aliqualis. Pro hujusmodi autem donatione Burgenses præfatæ civitatis defalcaverunt nobis de debitis, in quibus obligabamur eisdem, L marcas minus una & centum talenta denariorum, cum XV. choris siliginis, addentes nobis XX. marcas pecuniæ paratæ. In prædictorum omnium evidentiam pleniorem conscribi jussimus literam, & sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes hujus rei sunt fideles nostri Johannes de *Kalberwisch*, Zacharias de *Plawe*, Otto de *Gladegow*, milites, *Raven* Marschalcus, Bartoldus de *Stowen*, e. a. q. p. f. d. Acta sunt hæc & data *Ratenowe* A. D. 1293. quinto Cal. Maji per manum Dni. *Alwardi Præp. Ruppin*, nostræ Curiæ Capellani.

## III.
## M. Otto IV. und Conrad verkaufen dem Bisch. Johann zu Savelberg Blanckow. 1293.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J N. S. E. J. T. A. *Otto* & *Conradus* D. G. March. Brand. & de Landsberg, omnibus in perpetuum. Successus temporum perimunt gesta fidelium; quare decet & expedit, ut fulciantur testibus & testimoniis literarum. Hinc est quod universis Christi fidelibus, tam præsentis temporis quam futuri, volumus esse notum, quod nos de consilio vasallorum nostrorum Venerab. in Christo Patri, Dno. *Johanni* Havelb. eccl. Episcopo, vendidimus villam *Blantekow*, cum distinctionibus suis, lignis, agris, pascuis & pratis & cum omnibus pertinentiis suis, ita, sicut Dnus. *Henricus de Velde* eam hactenus dignoscitur possedisse, sine omni mensuratione, exactione & quolibet genere gravaminis, proprietatis titulo in perpetuum possidendam, pro se suisque successoribus universis, abrenuntiantes omni juri, quod habui-

habuimus in eadem. Pro dicta autem venditione dictæ villæ recepimus CL marcas argenti Brand. quod nostris usibus est conversum. Si autem aliquis in posterum dictam villam vellet impetere, nos & nostri hæredes dictum Dnum. Episcopum & ejus successores tenebimus *warendare.* Ut autem hæc nostra venditio & proprietatis donatio perpetuo perseveret & permaneat inconvulsa nostris sigillis roborari fecimus ad perpetuam rei memoriam præsens scriptum. Hujus rei testes sunt, Magister *Johannes* quondam *Decanus* Stendal. *Gevehardus* Præpos. Havelberg. Clerici, ac *Burchardus Niger* de *Irksleve*, Gerhardus de *Kerchow*, Henricus de *Wardenberge*, Hasso de *Wedele*, Fridericus de *Ecstede*, Johannes de *Oldenvleth*, Johannes de *Romolo*, Johannes de *Calberwisch*, Sabellus de *Plawe*, milites, e. q. p. a. f. d. Datum *Sandowe* A. MCCXCIII. tertio Non. Augusti, per manus — — Canonici Stendaliensis nostræ Curiæ Notarii & Capellani.

## 112.

Aus der Gercken'schen Sammlung.

## Die Marckgraven, Otto IV. Conrad, Henrich, (ohne Land) Johann V. und Otto VIII. verkaufen das Land Bellin an Bischof Johann zu Havelberg. 1294.

Otto, *Conradus*, *Henricus*, *Johannes* & *Otto Junior* D. G. March. Brand. & de Landsberg, omnibus in perpetuum. Ne rei gestæ memoria labente tempore simul cum tempore dilabatur, dignum videtur & est, ut ea, quæ per nos fiunt, fulciantur testibus & testimonio literarum. Hinc est, quod universis Christi fidelibus tam præsentis temporis, quam posteri, volumus esse notum, quod de consensu cohæredum nostrorum Vener. in Christo Patri, Dno. *Johanni* Havelb. eccl. Ep. ac suis successoribus, ecclesiaque Havelb. prædictæ *terram Bellyn*, cum civitate *Bellyn*, & villis adjacentibus, videlicet *Tarnow*, *Hakenberge*, *Linum*, *Degete*, *Karwese*, *Butsin*, *Lentczik*, *Brunne*, metis distinctionibus suis, agris, pratis, pascuis, paludibus, aquis, censibus, aquarum piscaturis, censibusque earumdem, lignis, censibusque lignorum, venationibus, molendinis, & cum censu Dammonis (Dammgeld) & omnibus bonis, tam infeodatis, quam feodatis, ac omnibus usibus, juribus & pertinentiis suis, sicut progenitores nostri & nos noscimur hactenus possedisse, vendidimus & donavimus, jure proprio seu proprietatis titulo in perpetuum libere possidenda, pro *duobus millibus marcarum argenti stendaliensis*, de qua pecunia defalcavimus eidem *Johanni Episcopo*, & ecclesiæ Havelbergensi *octingentas marcas*, pro debitis, damnis, injuriis, & offensis, in quibus dictæ ecclesiæ satisfacere tenebamur. Residuas vero videlicet MCC marcas recepimus

mus in parato. Renunciantes omni juri & proprietati, quæ nobis in dicta terra Bellin ac suis pertinentiis competebat. Ut autem hæc venditio & proprietatis donatio a nobis & nostris successoribus inconvulsa perpetuis temporibus maneat atque firma, præsentes literas conscribi fecimus, & sigillorum nostrorum appensionibus jussimus communiri. Nota sunt hæc Venerabili in Christo Patri, Dno. *Erico*, S. Magdeb. eccl. Archiep. *Wyzjk* Caminensis electo, Henrico de *Wardenbergh*, Joh. de *Oldenvliet*, *Romolo*, Henr. de *Stegelitz*, Joh. de *Blanckenburgh*, Buss. de *Cocstede*, Joh. de *Jagow*, Zab. de *Plawe*, militibus, *Johanni* Præposito de *Gransoye*, in ecclesia Havelbergensi, *Henrico de Wyda*, Præp. de Jagow, Capellanis nostris, e. a. q. p. f. d. Dat. *Prinzlaw*, A. Dom. MCCXCIIII. III. Id. Jul. per Magistrum *Johannem*, dictum *Passer*, Canonicum Stendal. Imperialis aulæ, ac nostrum Notarium.

## 113.

## M. Otto IV. Conrad und Henrich verleyhen der Stadt Ratenow Gezeritz. 1294.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Otto, *Conradus* & *Henricus* D. G. Brand. & de Landsberg Marchiones, omnibus in perpetuum. Cum nihil in mundo maneat, quin deleat illud sors, est mentis scriptura fidele signum. Ne igitur gestæ rei memoria, labente simul cum tempore dilabatur dignum videtur & est, ut ea, quæ per nos fiunt, in acta publica redigantur. Hinc est quod universis Christi fidelibus præsens scriptum intuentibus cupimus esse notum, quod dilectis civibus nostris in *Ratenow* qui sunt & pro tempore fuerint, villam *Gezeritz* in vicino ibidem sitam damus jure proprio & in perpetuum cum omnibus juribus & pertinentiis suis, videlicet agris, lignis, pratis, pascuis, viis & inviis, distinctionibus & metis, prout *Fridericus de Berenwolde* miles fidelis noster hactenus tenuit & possedit, renunciantes juri & proprietati nobis in ea competenti. Et ne nostris successoribus detur in posterum occasio malignandi, præsentes literas dictis civibus dari jussimus, & nostrorum sigillorum firmari fecimus munimento. Testes hujus rei & donationis sunt Henricus de *Stegelitz*, Anselmus de *Blanckenborg*, Henningus de *Jagow*, & Conradus dictus *Rawen*, Marschallus noster, milites fideles nostri, & q. p. a. f. d. Actum *Ratenow*, sub anno MCCXCIV. in die B. Severini Confessoris, & datum per manus Dni. *Johannis Passeris* Capellani & Notarii nostri, Canonici Stendaliensis.

## 114.

## M. Otto der lange vereignet der Stadt Spandow Stacken. 1295

Aus der Gercklichschen Sammlung.

Universis præsentes literas inspecturis *Otto* D. G. Brand. Marchio salutem & notitiam subscriptorum. Ne ea quæ geruntur in tempore per successum tempo-

ris

ris extra hominum memoriam dilabantur, expedit ut fragilis hominum memoria scripturæ testimonio perhennetur. Noverint igitur tam posteri quam præsentes, quod nos de consensu *filiorum nostrorum Ottonis* & *Alberti*, proprietatem villæ *Staken* sitæ prope *Spandow dedimus* & contulimus *universitati civium* in *Spandow*, ipsis & eorum heredibus, s. successoribus quibuscunque perpetuo possidendam, cum omni jure possessionis & proprietatis, prout agri dictæ villæ circumscripti erant & limitati, quando Dnus. *Henricus*, de *Bredow* dictam villam cum consensu liberorum suorum *vendidit Burgensibus* ante dictis, ita quod dicti cives & eorum successores dictam villam ab omni exactionis genere & a servitiis ordinariis & extraordinariis liberam, cum aliis quibuscunque, pratis, pascuis, silvis, sementibus, viis, inviis, & aliis juribus quibuscunque, quæ a nobis & a nostris provehuntur hæredibus, possideant in perpetuum libere & quiete. In cujus rei testimonium præsentes literas dari jussimus, sigilli nostri robore communitas. Testes vero hujus rei sunt Dnus. Bernhardus de *Sztrele* senior, Dnus. Theodoricus de *Torgow*, Dnus. *Sparro* de *Middenwolde*, Dnus. *Henricus Wesandus*, (Sahsand) Dnus. Albertus de *Snetlingen*, Dnus. Woldewinus *Stormerus*, Pincerna, Dnus. Henricus & Dnus. Nicolaus fratres dicti de *Gröbene*, Dnus. Hennekinus de *Gröbene*, Advocatus, & Dnus. Hermannus de *Glineke*, milites, e. a. q. p. f. d. Dat. *Spandow* per manum *Alberti* Notarii dicti de *Wenelde* A. D. MCCXCV. in vigilia exaltationis S. Crucis.

115.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

## M. Otto IV. erhält von K. Adolphen eine Commission auf Lübek. 1295.

Nos *Adolphus*, D. G. Romanorum Rex semper Augustus, coram universis Christi fidelibus præsentem paginam audituris seu visuris. Recognoscimus tenore præsentium protestando, quod fideli nostro Principi & dilecto, *Ottoni* Marchioni Brandenburgensi, *filio quondam Johannis* Marchionis nostra quævis negotia, universa videlicet & singula, quæ regia celsitudo nostra *cum Burgensibus* civitatis nostræ *Lubicensis* habet tractanda in solidum commisimus nostro nomine singulariter & universa placitando tractaverit, rata penitus, & inviolabiliter observari. In quorum cet. Acta sunt hæc & data *Mulhusen* A. D. MCCXCV. V. Id. Januar. Anno III. regni nostri.

116.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

## M. Otto und Conrad befreyen Treuen-Brietzen auf 10. Jahr, um derweile ihre Stadt-Mauer zu bauen. 1296.

Nos *Otto* & *Conradus* D. G. Brand. & de Landsberg Marchiones. Cum manifesta recognitione tenore præsentium protestamur, quod viris providis & discretis

cretis Burgensibus civitatis *Bryzna libertatem donavimus* a dato præsentium ad *decennium* duraturam, ita quod tempore medio eorum *civitatem muro lapideo circumdabunt*; ut pendente ac durante hac libertate nihil exactionis nec prorsus consagittationis in eventum aliquem nobis dabunt, verum ab omni inquietatione erunt liberi & exemti. Ne igitur hujusmodi libertatis concessio a nobis seu a nostris officialibus ullatenus irritetur, præsens damus scriptum, sigillorum nostrorum appensionibus communitum. Adhibitis testibus Joh. de *Sydow*, Wern. de *Suanenberghe*, Maveno de *Marsalco*, Burch. de *Cocstede* militibus, c. a. q. p. f d. Act. & dat. *Prinzelaw* A. J. D. MCCXCVI. in crastino O. Sanct. per manus *Zachariæ* nostræ Curiæ Notarii.

## 117.
## Uebersetzte Urkunde M. Otto des IV. und Conrads, von einer großen Schenkung an das Kloster Colbatz, zur Stiftung des neuen Klosters Marienwalde. 1296.

Im Namen der heiligen und unzertheilten Dreyfaltigkeit. Amen. Wir Otto und Conradus, Gebrüdere, von Gottes Gnaden, Marckgrafen zu Brandenburg, ꝛc. entbieten allen Christgläubigen Leuten, die diesen Brief lesen werden, ewige Seligkeit. Auf daß der Weinberg des Herren gepflanzet und erbauet, und Füchslein gefangen werden, die da vermöglich den Weinberg zu erhalten; so hat der vorsichtige Hausvater aus zeitigem und gutem Rath, seinem Weinberge, welcher ist die ganze christliche Kirche, wohl vorgestanden, in diesem, daß er dieselbe seine christliche Kirche mit neuem und vielfältigem Saamen des Ordens von Cistertien reichlich fruchtbar gemacht. Weil wir denn solche überflüßige Fruchtbarkeit aus bewehrten Grunde erhand; so achten wir vor billig, daß wir deren Dürftigkeit zu Hülfe kommen, von welchen wir befinden, daß uns die geistliche Erquickung reichlich zufließe, daß wir sie auch mit zeitlichen Gütern versorgen; denn von wegen ihrer heiligen Gemeinschaft, und überflüßig vieler Gütigkeit, werden sie uns mit innerlicher Liebe also zugethan, daß wir kühnlich sagen dürfen, die ganze Geistlichkeit des Hauses habe keine, vor diesem gehabt, werde auch hernach keine haben, die dieser gleich sey. Darum thun wir kund allen, die jezund seyn, und in künftigen Zeiten seyn werden, daß wir, Otto und Conradus, Gebrüdere, M. zu Brandenburg und neben Uns M. Johanns, M. Conrads Sohn, zu Arzeney unsrer Seelen, und der Seelen unsers Vaters milder Gedächtniß, und unser Mutter, und der edlen Frauen, Constantia, vorberührten M. Johannsen, Mutter, und aller unsrer Eltern, und zu Wiedervergeltung des Schadens, so von uns

Aus der Süßmilchischen Sammlung, da sie die Jahrzahl 1286 hat, und der Gundlingischen, da 1296 stehet.

unsern Leuten und Befehlichhabern, der Kirchen zu Colbatz, Ordens von Cistertien zugefüget, zu wenden und schenken, unsern geliebten in Christo den Brüdern von Colbatz zu einem rechten Eigenthum, zu Erstiftung und Erbauung eines neuen Klosters, 300 Hufen die zum Ackerbau bequem sind, nebst dem See und Walde Staruz, und 200 Hufen wüsten Ackers eben an demselben See gelegen, ꝛc. ꝛc. Die Zeugen aber dieser Dinge und Begabung, sind Herr Hermann, Abt zu Colbatz, Bruder Henrich und Bruder Jacob von Brahele, Münche daselbst, Bernhardus unser Notarius, Dietrich von Hetzdorf, Hasso, Lüdike, Henrich von Dossen, unser Advocat, (Vogt) Henrich von Mellentin, Betiko Meissen, Kriegsleute, und andre viel mehr glaubwürdige. Dat. Fredeberg, durch die Hand unsers Notarie Bernhardi, im 1286. Jahr. Epact. 4. concurr. 7mo. der Römer Zinszahl im 14. am 17ten 7br. am Tage Laurentii des heiligen Bischoffes.

## 118.

## Uebersetzte Urkunde M. Otto des IV. Conrads, Henrichs, Johanns VI. und Otto VIII. an das Jungfernkloster zu Reetz, zu dessen Bestätigung und reicherer Begabung. 1296.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Wir Otto, Conradus, Henricus, Johannes und Otto von Gottes Gnaden Marckgrafen zu Brandenburg und Landsberg. Nachdem allerfürtreflichsten Fürsten und Herren Geschichte und Thaten, so allen andern zu einem stetigen Heil in dieser Welt vorgesetzet seyn, durch vielfältige Verhinderniße oft verdunkelt werden, es sey denn, daß dieselben mit gnugsamen Zeugen, und bewehrten Schriften festiglich verwahret und bekräftiget werden; derowegen sollen beydes gegenwärtige Menschen und die Nachkommen wissen, daß wir durch Herrn Henricum, Probst des Jungfernklosters zu Reetz, (nachdem wir dieselben Klosterjungfern mit sonderbaren Gnaden angesehen, und gegen sie wohl und mit höchstem Fleiß geneigt gewesen, von wegen vieler Mängel und Ungelegenheit, vornehmlich der 2 Klosterjungfrauen Cistertienserordens, wie zuvor zu Berden, jetzund aber zu Reetz gesessen) zur Auslöschung der Sünden, und unsrer ursprünglichen und unser selbst geschehenen, und durch unser Geschenke auch zu eigen gemacht, dem fürgenannten Probst, der Aebtissinn, und dem ganzen Convent insgesammt, des ganzen Klosters, zu einem Grund zu Gebaue des Klosters, und zum Gebrauch ihrer Nothdurft und Nutzung, das Burgwerk vor unser Stadt Reetz, und alle umliegende Kampen, zur Zeit, da das Haus gestanden zum Schloßlehne gehörig gewesen. Haben ihnen auch zugeeignet das Vließ die Jhna genannt, mit den Mühlen, so darauf gebauet, und aufwerts von der Stadt an, bis an das Dorf Cremmin

min frey, sammt allen Nutzungen und Zubehörungen; da es ihnen auch also gelegen, mögen sie noch eine Mühle bauen, und soll niemand vergönnet seyn, zwischen gemeldter Stadt, und dem Dorfe Cremmin etwas zu bauen, es geschehe denn mit des Probstes, und derer aus dem Kloster Gunst Bewilligung. Dazu haben wir ihnen auch gegeben, die Kirche in unser Stadt Reetz, mit 4 Hufen, das Dorf und die Kirchen Zedensdorf, also daß niemand dieselbe Kirche hernach von dem Dorfe nehmen soll. Thun auch zu dem gemeldtem Kloster die Kirchen und Dörffer Adelmannsdorf, mit 4 Hufen, Conradesdorf auch mit so viel Hufen, stets zu besitzen. Ferner haben wir auch viel gemeldten Klosterjungfern zu eigen geben, das Dorf Selnaw, frey ohne einige Unpflicht, mit 90 Hufen, und 4 zur Kirchen geeignet, sammt dem See der Selnaw genannt, und alle andre Seen, als Ronnwisse, Symile, und mehr Seen, so in den Gränzen und Mühlen des vorgenannten Dorfs belegen sind, und in dem Dorfe Solter bey Reetz 10 Hufen, und in dem Dorfe Zehdensdorf mit zugehöriger Gerechtigkeit und 2 Mr. Silber in der Stadt Reetz, und eine Marck Silbers in der Stadt Arenswalde an jährlichen Zinsen, welche auf etliche Hufen seynd, haben sie auch darüber, auf daß sie nicht etwa Mangel von Holtz mögten haben, mit 30 Hufen breit Holtz, welches das Hege-Holtz genennet wird, vorgesehen und begiftiget, welches belegen an beyden Seiten des Vliesses Beverveld, da die Gränzen und Mahle der Dörfer Liebenau und Cratzenick anstossen. Auf daß aber das unser Geschenck und eigentliche Verlenunge von uns und unsern Nachkommen stets möge unverrückt bleiben, und fest gehalten werden, haben wir diesen hierauf gemachten Brief dem Probst, der Aebtissin, und der gantzen Versammlung des Klosters mit dem Beschutz und Petschaft unsrer Insiegel bekräftiget in Gegenwart und Beyseyn unsrer Ritter, Johannes der ältere, Ritter, Hasso, Zulis, und Ludolph Gebrüdere v. Wedel, Johannes von Blanckenburgk, Henrich von Liebenow, und mehr andrer Rittern, und viel glaubwürdigen unsern Dienern, Act. und geben A. D. 1296. am Tage Dionysii.

## 119.
## M. Otto der Lange verleyhet der Stadt Brandenburg Planow. 1297.

J. N. D. A. *Otto* D. G. Marchio Brand. omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in Deo sempiternam. Ne ea quæ geruntur in tempore simul per successum temporis dilabantur, expedit ut ea, que aguntur, literarum testimonio perennentur. Hinc est quod notum fieri cupimus tam præsentibus quam futuri tem- (Aus der Gundlingischen Sammlung.)

 poris

poris universis, quod motu proprio, & de *consensu filii* nostri *Hermanni inclyti* benevolo, villam nostram *Planowe*, ad nos hactenus cum omni jure pertinentem, damus & erogamus civitati *nostræ Brandenburg*, cum omnibus ad ipsam villam pertinentibus, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus agris cultis & incultis, jure possessionis & proprietatis perpetualiter possidendam, sic ut prædicta villa *Planowe* ab omnibus & præcariis, angariis, & perangiis, Servitiis ordinariis & extraordinariis, nobis & nostro filio prædicto faciendis omnino sit libera penitus & exempta. In cujus reitestimonium præsentem literam de certa nostra scientia scriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam, testibus infra scriptis præsentibus, Dno. Henningo de *Gattersleve*, Dno. Henrico de *Alvensleve*, Dno. Bernhardo *Plozk*; Dno. Boldewino *Stormero*, Pincerna, Dno. Joh. & Frider. fratribus dictis de *Kerckow*, e. a. q. p. f. d. Dat. Brandenburg. A. D. MCCXCVII, in die S. Eustachii & sociorum ejus.

## 120.

## M. Albrechts Stiftungs-Brief für Br. Ulrich Schwarz oder Schwan, und den Johanniter-Ritter-Orden, über die Comthurey Nemerow im Lande Stargard. 1298.

In der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. S. E. J. T. A. Cum rerum gestarum certissima repræsentatio sit scriptura, que de verborum serie redactorum in ipsam nihil minuit neque mutat, sapientum decrevit industria, ut ea quæ aguntur debita literarum serie, & fidelium roborentur testimonio, ne posteris dubium oriatur. Proinde nos *Albertus* D. G. Marchio Brandenburgensis recognoscimus, & in publicam notitiam devenire cupimus singulorum, quibus præsentes fuerint recitatæ, quod miles noster strenuus & fidelis *Hermannus* de *Warborg* dictus, bona subscripta, videlicet villam *Magnam Nemerow*, villam *Parvam* s. *Slavicalem Nemerow*, & *curiam Nemerow* cum omnibus agris cultis & incultis, lignis, silvis, rivis, aquis, molendinis ædificatis vel ædificandis, pascuis, pratis, cum integris distinctionibus, & generaliter cum omnibus, quæ ad dictas villas & ad curiam pertinere dinoscuntur, cum omni jure, sicut dicta bona a nobis habent, viris religiosis, & in Christo Reverendis, sc. Fratri *Ulrico Suatz* (Suan, Svarz) & *Gardow*, *Ordinis S. Johannis Hospitalis Iherosol.* & omnibus suis confratribus ejusdem Ordinis, *pro DCXXX. talentis* Brand. denariorum, cum nostro consensu vendidit & dimisit; idemque *Frater Ulricus* dicta DCXXX. talenta eidem *Hermanno* persolvit, qui ea suscepit, & dicta bona nobis ad manus dicti *Fratris Ulrici*, & suorum confratrum ejusdem Ordinis voluntalunta-

luntarie & libere resignavit. Nos autem attendentes dictorum Fratrum vitam coelibem, bonorum operum frequentiam, ordinis sanctitatem, sperantesque ni anima & corpore apud Deum piis eorum meritis adjuvari ad laudem Dei omnipotentis, ejusdem Matris, Mariæ Virginis perpetuæ, & S. Johannis pro salute animarum, nostræ videlicet, & progenitorum ac filiorum & hæredum ac successorum nostrorum proprietatem eorundem bonorum eidem Fratri *Ulrico*, & suis confratribus ejusdem Ordinis dedimus & præsentibus damus, ita quod easdem villas, duas, cum curia prædicta, cum omnibus suis pertinentiis libere perpetuo possidebunt. Ab hominibus enim in eisdem bonis habitantibus ex nunc & deinceps per nos, vel nostros successores, aut nostros, aut ipsorum Advocatos vel Bedellos aut ipsorum nuntios, nunquam precariæ, neque curruum, vel alia servitia requirentur, & ad custodienda propugnacula, vel ut viarum transitus, qui vulgariter *Landwere* dicuntur, neque de certo tenebuntur, sed quicquid idem Frater *Ulricus*, & sui confratres prædicti cum ipsis hominibus fecerint, gratum tenebimus ac ratum. Insuper quia idem Frater *Ulricus*, cum *adhuc secularis esset* nobis exhibuit servitia valde grata, & ipsum in omnibus fidelem semper meminimus, & constantem, ipsum censemus merito specialiter honorandum, ut ipsa bona regat, & possideat tempore vitæ suæ, nec ipsum absque suo consensu ab eisdem volumus aliquatenus amoveri. Post mortem autem ipsius disponat *Magister Ordinis* de illis, sicut de aliis bonis, prout Ordini novit expedire. Ne autem hæc nostra gratia eidem Fratri *Ulrico* vel Ordini in posterum violari valeat, aut infringi, præsentes inde confectas sigilli nostri appensione jussimus communiri. Testes autem hujus sunt Nobiles viri, videlicet, Dominus *Henricus Magnopolensis*, gener noster dilectus, Dux *Otto Stettinensis*, avunculus noster, Dominus *Nicolaus de Rostok, gener noster*, Domicellus *Nicolaus de Warle*, incliti, Reverendus Pater, Dnus. *Ditmarus*, Abbas eccl. *Colbazensis*, Dnus. Nicolaus *Præpositus* in *Vredeland*, Dnus. *Præpositus* in *Soldin*, Dnus. *Hermannus* Præposit. in *Landesberghe*, Capellani nostri, *Reyneke* de *Wulkow*, Rudolfus de *Liewendal*, Albertinus de *Bruncow*, & Wernerus *Splint*, Milites, e. p. a. f. d. Actum & datum in *Soldin* per manus *Johannis Notarii* nostri, A. D. MCCXCVIII. die ascensionis ejusdem.

## 121.

## M. Albrecht stiftet den Dom zu Soldin. 1298.

J. N. S. E J. T. A. *Albertus Marchio Brand.* omnibus præsentem paginam inspecturis in perpetuum. Ille Pater familias ante omnia secula Deo Patri in substantia manens semper æqualis, in fine seculorum sanctus homo vineam suam ecclesiam

Aus der Gundlingischen Sammlung.

clesiam universam de gentibus vocatam, novo fœtu quotidie multiplicat, & auget, cum non solum in ea hora prima, tertia atque sexta, verum etiam decima, per quam finis seculi designatur, operarios mittere non desiit, quia eam purgatam sentibus peccatorum cum incremento fructus bono operariorum de virtute crescere faciant in virtutem, & Deum in sua facie ad faciem contemplari lucis vivæ propagines. Nos qui populum nobis subjectum temporali regimine gubernamus, per novorum industriam operariorum, qui eam circumfodiant atque putent, extendere cupientes, & suæ solicitudini præcavere, ne ager de silva, vel singularis fera eam interminet, vel depascat, in civitate nostra *Soldin* ad honorem Dei omnipotentis, ejusque Matris, Mariæ Virginis gloriosæ, & specialiter B. *Petri & Pauli* Apostolorum, ipsius ecclesiæ *Patronorum*, de consensu & consilio venerabilis Patris, Dni. *Petri, Caminensis ecclesf. Episcopi*, Ordinis Prædicatorum, loci Diœcesani, fundamus & instituimus, *Canonicorum* & *Præbendarum* numerum duodenum, qui ibidem ecclesiam Domini congregatam regant, & ei præsideant, verbo, opere & exemplo, & Domino pro nostris, Progenitorum nostrorum, & filiorum, ac successorum nostrorum, omniumque fidelium vivorum & mortuorum, excessibus, jugiter interpellent. Sane, ne propter defectum rerum temporalium hujusmodi Canonicis institutis, vel pro tempore instituendis serviendo Domino copia subtrahatur, *villas* subscriptas *sex*, *Bruckow* cum suis limitibus, sc. a loco, qui Wilkule dicitur, usque in *parvum* stagnum *Wucken*, & inde in *magnum Wucken*, & inde descendendo in rivulum *Brunneken*, usque in stagnum *Cyten*, & dictorum stagnorum mediteras, est Canonicorum, alia Dominorum de *Ukera*. Item villam *Brunneke*, cum suis limitibus, sc. sicut linea, sive lira aratro tracta est a stagno *Cyten*, usque ad campum *Spencnyse*, item villas *Gollin*, *Schœnberge*, *Brugge* *Stafelde*, *Mitzelfelde*, cum ipsarum limitibus, sc. incipiendo a campo *Cartzck*, & descendendo per lineam sive liram aratro tractam, usque ad paludem *Kusse*, usque in rivum *Mitzel*, & iterum rivum *Mitzel* ascendendo, usque ad campum *Soldin*. Idem quoque rivus *Mitzel* a dicto loco, ubi rivulus in eum incidit, usque ad campum *Soldin*, Canonicorum totus est jurisdictionis. Idem ex alia parte inter *Soldin* & *Mitzelfelde*, e flumine *Mitzel*, usque ad campum *Brugge*, & inde usque ad campum *Rentze*, & inde usque ad campum *Nienborch*, & sic deinceps a *Nienborch* descendendo per distinctiones villarum *Schœneberg* & *Gollin* usque in stagnum *Tzummoch*, & quicquid in dictis villis & earum limitibus prædictis continetur, sc. in agris cultis & incultis, nemoribus, silvis, lignis, pascuis, pratis, stagnis, rivis & rivulis, molendinis, ædificiis,

ficiis, vel ædificandis, & generaliter ipsas villas, cum omnibus ipsorum pertinentiis, cognitione causarum criminalium, civilium, & omni jure temporali, quod in eis nominari poterit, vel acquiri, ipsis Canonicis & eorum successoribus in perpetuum propter Deum conferimus, & donamus justo proprietatis titulo perpetuo possidendas. Verum tamen viris religiosis, & discretis, videlicet fratribus Ordinis *Prædicatorum* in eadem civitate nostra *Soldin* Domino famulantibus, ex speciali gratia & favore conferimus & donamus liberam facultatem, ligna secandi, & sumendi in dictis nemoribus dictorum Canonicorum pro ædificiis & aliis suis usibus, quia eandem gratiam a nobis ante fundationem ecclesiæ habuerunt. — Præterea rivum e stagno *Vitzen* manantem, in fluvium *Warte* descendentem, cum molendinis super eundem rivum ædificatis vel ædificandis, ligna quoque ad ipsa molendina reparanda & conservanda, immerito sumenda iisdem Canonicis & eorum successoribus in perpetuum propter Deum similiter conferimus & domamus. Prædictas villas cum molendinis jam dictis, ab omni precaria, exactione, vectigalium servitute, rustica vel urbana, quavis tallia, & omni impetitione nostra nostrorumque officialium, decernentes, liberas & immunes, omne jus, & omnem libertatem & proprietatem, quam in iisdem habemus, in ipsos Canonicos & eorum successores liberaliter transferentes. Insuper ut dictorum Canonicorum devotio studiosius vigilet coram Deo, *Inspectoratus* ecclesiarum civitatum *Soldin*, *Landsberg*, *Berlin*, & *Berwalde*, immo ipsas ecclesias cum pertinentiis officiare per se vel per alios poterunt; prout sibi noverint expedire. Primam tamen collationem dictæ ecclesiæ in *Berwalde* nobis specialiter reservamus. Ut autem omnia hæc perpetuo maneant, & inconvulsa, præsentes inde confectas sigillo nostro jussimus communiri. Testes quoque hujus sunt, Reineke de *Wulckow*, Rudolphus de *Liwendal*, Wernerus, & Leopoldus, Albertus, Wernerus *Splinter*, & Albertus de *Brunckow*, Milites, Betheco de *Jagow*, Zabellus & Henningus de *Marwitz*, Marcus de *Wulckow*, Henningus *Morner*, Henr. de *Werdeling*, Henningus, Sifridus, & Henricus de *Winningen*, dicti, & q. p. a. Cler. & Laici f. d. Act. & Dat. in eadem civitate nostra *Soldin*, per manum *Johannis* nostri Notarii. A. D. J. MCCXCVIII. Ind. XI. Ep. VI. Conc. II. Cal. Jun. Dominica Trinitatis.

## 122.

## M. Otto der Lange, und sein Sohn M. Hermann ertheilen dem Stift Havelberg die Anwartschaft auf Lentzen. 1298.

J. N. D. A. Universis praesentes has inspecturis, *Otto*, & *Hermannus*, ejusdem — Aus der Süßmilchischen Sammlung.

dem *Ottonis* filius, D. G. Marchiones Brandenburgenſes, ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Cum magiſter erroris oblivio in rebus geſtis confuſionem pariat & inducat, expedit acta hominum ſigillatis apicibus æternari. Noverint igitur tam poſteri quam præſentes, quod nos, *Otto* & *Hermannus* Marchiones prædicti, in bona valetudine conſtituti, Deum præ oculis habentes, cogitantes jugiter de ſupremis, in remedium animarum noſtrarum, & noſtrorum parentum, ob reverentiam Dei, &glorioſæ Virginis, Matris ejus Mariæ, pro omni dampno & injuriis, *illatis Havelbergenſi eccleſiæ*, *per nos*, *noſtrosque progenitores prædictos*, eidem *eidem Havelbergenſi* eccleſiæ contulimus, donavimus, & donamus, titulo gratuito, caſtrum & oppidum *Lentzin*, cum territorio adjacente, & pertinentiis ſuis, transferentes ex nunc omne jus proprietatis & dominium dicti caſtri, oppidi & terminorum adjacentium pure & liberaliter in eccleſiam ante dictam; hoc adjecto tenore, quod nos *Otto* & *Hermannus Marchiones* prædicti, & noſtri hæredes veri & legitimi per lineam maſculinam deſcendentes, dictum caſtrum, oppidum & terminos adjacentes poſſidebimus, quam diu vixerimus nos aut aliquis ex hæredibus ante dictis. Si autem nos *Ottonem*, & *Hermannum* præfatos abſque hæredibus maſculis veris & legitimis, quod abſit, ab hac luce migrare contingeret, tunc filiæ *noſtri Ottonis*, *Conegundis* & *Jutta*, ſive nupſerint ſive non, ſive etiam defunctis maritis viduæ fuerint derelictæ, & filiæ noſtri *Hermanni* procreatæ ſeu etiam procreandæ, tantummodo ante nuptum in noſtra remanentes patria poteſtate, quæ tunc ſupervixerint, una vel plures, ſæpe dictum caſtrum, oppidum, & terminos adjacentes poſſidebunt pacifice & quiete temporibus vitæ ſuæ, nec ad filiarum prædictarum liberos ulterius extendatur. Deficientibus autem omnibus ſupra dictis tunc ſubmodo nominatum caſtrum, oppidum & termini adjacentes, ut præmittitur, ad Havelbergenſem eccleſiam devolventur. Volumus igitur & mandamus, quod omnes Caſtellani & Vaſalli dicti caſtri, oppidi & terminorum adjacentium in eventum conditionis appoſitæ homagium facient dictæ eccleſiæ & Epiſcopo, qui pro tempore fuit, exhibeant conſueta ſervitia, quæ ubivis facere conſueverant. Recognoſcimus etiam, quod nos *Otto* & *Hermannus* prædicti decimas in territorio *Jericho*, *Kyritz*, *Lentzen*, *Perleberg*, *Grabow*, *Pritzwalck*, tenebimus, & poſſidebimus titulo gratuito ſeu donationis, quamdiu alter noſtrum vixerit ſine impetitione aliqua vel offenſa. Nobis autem ſublatis de medio, noſtri hæredes, qui tunc pro tempore fuerint, dictas decimas, in quibus recompenſatio non exiſtit, a prædicta Havelbergenſi eccleſia, vel ab altari ibidem recipere tenebuntur. Acta ſunt hæc A. D. MCCXCVIII.

feria

feria tertia post ramos palmarum, præsentibus testibus infra scriptis, Dnis. *Bernhardo* Præp. Burchardo de *Brochusen*, Canonico eccles. Magdeb. *Johanne* Præpos. Ruppinensi, Magistro *Conrado* Notario Marchionis *Ottonis* prædicti, Canonico ecclesiæ Stendaliensis, nobili viro *Bortchardo* de *Barbey*, Baldewino *Stormero* Pincerna, e. a. q. p. f. d. Datum *Spandowe* anno & die praedictis. In cujus rei testimonium nos *Otto* & *Hermannus* Marchiones praedicti sigilla nostra appendi fecimus ad praesentes.

## 123.
## M. Otto der Lange bestätiget alle Privilegien der Stadt Berlin. 1298.

J. N. D. A. Cum processus temporum successivus aboleat facta præsentium, & tollat memoriam futurorum, expedit, ut quod fragilitati deest humanae, suppleat peritia testium, & testimonium scripturarum. Hinc est, quod nos *Otto* D. G. Brand. Marchio praesentis scripti continentia patefacimus universis, quod intuentes, considerantes, & apprehendentes sincerae fidelitatis affectum, & integrae fidei puritatem, qua discreti viri, *Consules* & communitas *civium in Berlin*, fidelium dilectorum nostrorum, nobis hactenus complacere affectuosa sedulitatis constantia studuerunt, ipsis & dictae eorum universitati appropriavimus, contulimus, & praesentibus appropriamus & conferimus libertates, gratias & consuetudines, ab antiquis Marchiae Principibus traditas & concessas, ac specialiter omnia & singula municipalia jura, quae *Nedderlage* nominantur, & in *Berlin* & in *Cölne* ab omnibus & singulis bona sua deponentibus percipienda, censusque mansorii, arearum, ac locorum forensium, tempore nundinarum proprie *Stedepenninge*, ibidem pacifice absque molestatione qualibet, perpetuis temporibus justo proprietatis titulo possidendum. Insuper recognoscimus lucide protestantes in his scriptis, quod praedictis nostris dilectis *Consulibus* & eorum communitati in *Berlin vendidimus theloneum*, quod nos & Progenitores nostri percipere consuevimus annuatim *de lignis deducendis per* oppidum *Köpenik*, quae *Flote* vulgari nomine nuncupantur, & *navibus* quibuslibet, quae hactenus theloneum solvere consueverunt, quae inter *aggerem molendinorum Berlin* & *Vorstenwalde* oppidum per *Köpenik* devehuntur, pro CCXX. talentis Brand. monetae usualis & communis, de qua pecuniae summa nos contentos reputamus, utpote nobis in numerata a dictis nostris Burgensibus persoluta. Quod theloneum saepe dictis nostris Burgensibus contulimus perpetualiter jure proprio possidendum, Nos, haeredes nostros & quoslibet successores super

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

s omni-

omnibus & singulis praemissis jugiter obligantes. In cujus rei evidentiam praesentem literam scribi fecimus, sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt haec in *Berlin* A.D. MCCXCVIII. in vigilia S. Michaelis Archangeli, praesentibus his Dn. *Bernhardo* de *Strele*, Dn. Henningo de *Novo Gatersleben*, Dn. Thiderico *Sparren*, Dn. H. *Welando* ac Dno. Bol. *Stormero* Pincerna e. a. q. p. f. d.

## 124.
## M. Otto IV. und Conrad verleyhen Lagow an den von Clepiz. 1299.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Nos *Otto* & *Conradus* March. Brand & de Landsberg &c Publice profitentes, quod *consiliario* nostro dilecto & militi Dno. *Alberto* de *Klepitz*, ejusque fratruelibus, Dno. *Henrico* de *Klepitz* & ejus fratribus, castrum *Lagowe*, cum mericis, nemoribus, paludibus, cœterisque omnibus attinentibus & adjacentibus, & omni genere quod in dicto castro nos personaliter habuimus, ac solitudinem ac mericam *Maltow*, quam Dnus. *Busso de Bareboy* habuit & possedit, pro debitis, quibus dicto Domino de *Klepitz* & ejus fratruelibus obligabamur, contulimus perpetuis temporibus in pacis tranquillitate possidendum. Testes hujus rei sunt, Dnus. Bodo de *Thorch*, Otto de *Pouch*, Henricus de *Wardenberge*, Henricus de *Damis*, Conradus de *Redern*, milites, e. a. q. p. f. d Datum & actum Wolmerstede A. D. MCCXCIX. fer. IV. post diem palmarum, per manum Henrici de *Struceborch* nostrae curiae Capellani.

## 125.
## B. Volraths zu Brandenburg Brief von M. Albrechts V. Stiftung des Klosters Himmelpfort. 1299.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

J. N. D. A. *Volradus* D. G. Brand. eccl. Episc. Universis Christi fidelibus praesentium literarum inspectoribus, in omnium Salvatore salutem. Quanquam juxta Prophetae vaticinium, non solum in Judaea, sed & in omnibus gentibus longe lateque per orbem magnum nomen Domini innotescit, & in omni loco universarum Dominus, qui illocalis & incircumscriptus est spiritus, oblationem mundam nomini suo altissimo offerri a fidelibus gloriatur; nihilominus in omni loco dominationis ejus, quo religiosius innuitur, ac devotius ferventiusque Deo servitur, illic munus gratius acceptibilius de manu omnipotentis suscipitur. Audientes itaque quandam donationem ab illustri *Principe Alberto Marchione Brandenb. Cystertiensi Ordini* & Dno. *Abbati* & *Conventui* in *Lenyn*, in praedio quod *Thymen* dicitur,

tur, in cœterisque possessionibus, & conterminiis circumjacentibus, *super novo monasterio* ejusdem Ordinis ibidem fundando & construendo, fuisse collatam, ob ecclesiae Dei in nostra Diœcesi amplificationem, ac *Cistertiensis Ordinis*, quem speciali favore prosequimur, dilatationem exaltavimus spiritu, in Domino gestientes, petitionique Venerab. Patris praedicti, Dni. *Johannis* Abbatis praefati cœnobii, totiusque collegii *Lenyn*, gratuito affectu, ac libenti animo annuentes, praelibatam novi monasterii fundationem seu constructionem *Ordinis Cistert.* & ipsius domus in quocunque loco, collatae seu conferendae proprietatis a dicto Principe nobilissimo Alberto, situationis, sub meae pastoralis curae tuitione, ratificamus, liberum in omnibus praebentes assensum. Consentientes nihilominus & licentiantes, quod in supra dicto loco Capella, & in eadem altare construantur, ut interim ibi valeant celebrare missarum solennia. Ut autem haec mea ratificatio perpetuam obtineat firmitatem, hanc paginam mei sigilli appensione fecimus communiri. Datum A. MCCXCIX. II. Non. Dec. pontificatus mei A. II.

## 126.
## M. Albrecht V. begabet sein neu gestiftetes Kloster Himmelpfort. 1300.

J. N. S. E. J. T. A. Cum juvenes simul & virgines, senes cum junioribus, immo omnis spiritus laudare teneatur, maxime tamen reges terrae & principes, & hi qui de manu Domini plus aliis acceperunt. — — Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Nos igitur *Albertus* D. G. March. Brand. recognoscimus publice per praesentes, quod de bonis nobis a Deo temporaliter concessis ampliare cultum Divini Numinis cupientes, cum consilio & auxilio Rev. Patris Dn. *Johannis Abbatis* ecclesiae *Leninensis* — — — — — — — infra scriptis. Donavimus enim eidem ecclesiae primo villam *Carstavel* cum suis pertinentiis, *Magnam Thymen*, cum molendino, quod *Thymer Möllen* dicitur, insuper omnes mericas, & silvas sive paludes adjacentes, & specialiter silvam, quae *Stolnenbruk* dicitur, item dimidium molendinum *Stolp*, cum merica & silva, quae protenditur a metis *campi Carstavel*, usque in *Fürstenberga*. Item villam *Garlin*, cum metis & distinctionibus suis. Item *parvam Thymen*, cum molendino, item villam *Lineiczere*, cum suis pertinentiis, item villam *Brusenwalde* cum suis pertinentiis, item *molendina* in *civitate Lychen*, & molendinum ante civitatem eandem, & molendinum apud villam *Kustrin*. Item stagnum *Platekow*, item stagnum portendens a villa *Wubechar*, usque ad molendinum infra *Lychen*, & deinde usque ad villam *Stolp*. Item *stagnum*

*Stolp*, usque in *Fürstenbergk*, cum parvo stagno adjacente, item stagnum apud *magnam Thymen*, item stagnum *Zwagherow*, item stagnum *Dobelow* it. stagnum *Bringhentyr*, it. stagnum apud *Lineiczere*, it. stagnum situatum in campo *Lybbewe*, it. stagnum apud *Carstavel*, it. stagnum apud *Rutenbergk* quod *Krun* dicitur, item ab eodem stagno *Krun* omnia stagna, interjacentia usque in *Lychen*, & generaliter omnia stagna — — — — utilitatibus singularum, cum molendinis jam constructis & processu temporis construendis. Villas quoque praedictas cum omnibus agris cultis & incultis, nemoribus & mericis, silvis & paludibus, pratis, pascuis & omnibus attinentiis, & distinctionibus, cum omni jure, proprietate, jurisdictione, dominio, & utilitatibus quibuslibet, in omnibus & per omnia, quemadmodum eas hucusque possedimus, eidem ecclesiæ *Cœliportæ* donavimus, justo proprietatis & libertatis titulo in perpetuum possidendas. Ad hæc sane præsentibus recognoscimus, Nos, Advocatos nostros, qui pro tempore fuerint, seu Bedellos, in præmissis bonis ejusdem ecclesiæ in quacunque causa criminali vel civili judicandi potestatem nullam debere aliquatenus exercere. Ipsa enim bona ab omni precaria exactione qualibet & omni servitio communi & speciali libera perpetuo donavimus & exemta, nihil juris in eis — nostrisque successoribus reservantes. Ut igitur hæc nostra gratia seu donatio eidem ecclesiæ a nobis & nostris successoribus inviolabiliter perpetuo observetur, præsentes inde conscribi, & sigilli nostri appensione jussimus communiri. Testes quoque hujus sunt Dnus. *Ludolphus*, Præp. in *Bernau*, Dnus. *Hermannus* Præp. in *Landsbergk*, Dnus. *Johannes* Præp. in *Soldin*, Dnus. *Arnoldus* Plebanus in *Everswalde*, Dnus. *Johannes* Pleb. in *Bysdal*; Dominumque Brunonem de *Berlin*, & Mag. *Johannem* de *Dymmin*, Capellanos nostros, *Conrad.* de *Veltbergk*, Wilhelm. *Soneken*, Buss. de *Dolla*, Wilh. de *Lubrichezdorp*, Albert. de *Heidebrake*, Rud de *Wudensweghen*, Henr. de *Lowenberg*, & Buss. de *Dœre*, milites, e. q. p. a. f. d. scire fecimus, & manifestavimus præsens factum, Actum & datum in *Soldin* A. Dom. MCCC. die purific. Mariæ Virginis gloriosæ.

## 127.

## M. Hermann bestätigt als Erbe M. Albrechts desselben Stiftung und Schenckungen an Himmelpfort. 1300.

Aus der Schöttgen. Oelrichsischen Sammlung.

J. N. S. E. J. T. A. *Hermannus* D. G. March. Brand. Universis præsentium audituris continentiam seu visuris, in perpetuum. Quia rex regum & dominus dominantium inter filios hominum quem vult humiliat & sublimat, necesse est nobis

bis omnibus, ut ambulemus solicite coram eo, & cultum sui nominis in nullo penitus minuamus, sed potius totis viribus ampliemus. Quia igitur Princeps magnificus, Dnus. *Albertus* March. Brand. illustris, *Patruus noster* clarissimus, de bonis ab Altissimo sibi datis, ad laudem ejusdem Dei omnipotentis, ac suæ Matris, Mariæ Virginis perpetuæ ad salutem quoque animarum *suæ* videlicet, & felicis memoriæ *Ottonis*, charissimi *patris nostri*, & progenitorum, & *filiorum* ac successorum suorum, ac meorum, novellæ plantationis fundavit ecclesiam *Cistertiensis Ordinis*, quam appellavit vulgari nomine *Cœliportam*, quam etiam datis bonis suis donavit magnifice & ditavit; & quia ex antiqua hæreditatis successione ad terram & bona ejusdem & mei patris simus ab imperio inpheodati, ipso patruo meo, cum fratribus ejusdem ecclesiæ nos rogante, omnia bona in aquis & in terris, per eundem patruum nostrum ecclesiæ *Cœliportæ* donata, & suis literis assignata, & singula quæ iidem fratres justo titulo poterunt adipisci, eidem ecclesiæ *Cœliportæ* præsentibus approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus. In & cum ipso Patruo meo *Alberto* supra dicto donavimus similiter, propter Dominum, volentes eandem ecclesiam *Cœliportam* in plena libertate & possessione eorundem bonorum absque impetitione cujuslibet, & absque impedimento quolibet perpetuo manere. In cujus rei evidentiam præsentes conscribi & sigilli mei appensione jussimus communiri. Testes quoque hujus sunt *Idem Patruus* noster magnificus, Baldewinus *Stormer*, Fridericus de *Alvenslebe*, Johannes *Sparro*, Henricus de *Britzeke* & Henricus de *Oderberg*, ac Albertus de *Brunkow* & p. a. f. d. Actum & datum *Everswalde* A. D. MCCC. Non. Novembr.

## 128.
## M. Albrecht V. beschenckt und stiftet zween Altare in der Kirche zu Neustadt Eberswalde, zu Seel-Messen für sich und seine Familie, besonders auch für seine verstorbene Söhne, Otto und Henning. 1300.

J. N. S. E. J. T. A. Nos *Albertus* D. G. March. Brand. recognoscimus, & in publicam notitiam devenire cupimus singulorum, quibus præsentes fuerint recitatæ, quod ad laudem & honorem Dei omnipotentis, ejusque sanctæ Matris Mariæ virginis perpetuæ, ac B. Petri ac Pauli Apostolorum in *Parochiali* ecclesia *Everswalde* duo *Altaria* ab ipsa ecclesia distincta, & ab invicem distincta construximus, & quodlibet ipsorum dotavimus octo frustis; sc. XXX. solidis denariorum Brand. stativorum, & III. choris siliginis, cum VI. modiis, & III. choris ordei (Aus der Gundlingischen Sammlung.)

cum VI. modiis, in censu mansorum oppidi nostri *Warnow*, in festo B. Martini annis singulis attollendis. Dicta vero XVI. frusta ad eadem duo Altaria cum proventibus eorum habentes, singulis diebus dicent vigilias & missas animarum, nisi festivitatibus & diebus Dominicis fuerint impediti. In Altari S. Pauli quotidie fiet memoria illustrium Principum felicis memoriae, *Patris* nostri, *Ottonis* Brand. March. & Matris nostræ *Beatricis*, & charissimi Fratris nostri, *Ottonis* Brand. March. & *filiorum nostrorum* charissimorum, *Ottonis & Henninghi*. Et similiter animarum, *nostræ* videlicet, & *Uxoris nostræ Mechtildis*, & hæredum ac successorum nostrorum perpetualiter, ac etiam omnium fidelium defunctorum. In Altari vero S. Petri quotidie fiet memoria *Famuli Seghebandi* de *Berghe*, & similiter animarum omnium fidelium defunctorum. Collationem quoque eorundem duorum Altarium nobis & nostris successoribus reservamus. Ut autem nostra dotatio prædicta ab omnibus tam præsentibus quam futuris illaesa & inviolabilis in perpetuum observetur, praesentes inde confectas sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes quoque hujus sunt Rev. Pater Dnus. *Johannes*, Abbas eccles. Leninensis, Frater *Wilhelmus Prior* domus Praedicatorum in *Colonia*, Dnus. *Bruno* de *Berlin*, Dnus. *Johannes* de *Landsberg*, Capellani nostri, Johannes *Sparro*, Heino de *Pule*, Heino de *Oderberg*, milites, Theodoricus de *Barnum*, Gerhardus *Wriest*, Theodoricus *Repekow*, Michael & Henricus de *Thene*, & Conradus de *Schonebeke*, vasalli nostri, e. p. a. f. d. Datum *Everswalde* per manum Johannis tunc nostri Notarii A. D. MCCC, Die B. Elisabeth.

## 129.
## M. Dietrich oder Dietzmann zu Meissen, und Lausitz, auch Landgr. in Thüringen, überlässet die Lausitz käuflich an das Ertz-Stift Magdeburg, von dem er sie wieder zur Lehne nehmen will. 1301.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Die Urkunde zeiget, was damals Lausitz geheissen, nemlich allein die Nieder Lausitz.

Nos *Theodoricus Junior*, Thuringiae Landgravius, Orientalis & Lusatiae Marchio recognoscimus praesentibus lucide protestantes, quod nos, cum Ven. in Christo Patri, Dno. *Burchardo* S. Magd. eccl. Archiepiscopo & suae ecclesiae terram, seu *Marchiam Lusatiæ*, cum proprietatibus inibi existentibus, & cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, cum bonis infeudatis & non infeudatis, cum munitionibus, oppidis, castris, inferius annotatis, in eadem terra seu Marchia existentibus, item in districtibus, distinctionibus, viis & inviis, molendinis, agris cultis & incultis, silvis, lignis, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, advocatiis, theloneis, monetis, & cum omnium praedictorum

ctorum jurisdictionibus, usibus, utilitatibus, fructibus, ad praedictam terram seu *Marchiam Lusatiæ* attinentibus, pro *Sex Millibus* Marcarum argenti vendidissemus, & ejusdem terrae seu Marchiae proprietates donavissemus, praedictamque terram seu *Marchiam Lusatiæ* cum attinentibus omnibus & singulis praenominatis, insuper cum ministerialibus, vasallis, mancipiis, & aliis hominibus, cujuscunque conditionis existant in jam dicta terra seu Marchia commorantibus, in supra dictum Dn. Archiepiscopum & ipsius ecclesiam libere & perpetuo possidendam transtulissemus, idem Dnus. *Burchardus* Magd. eccl. Arch. dictam terram seu Marchiam cum omnibus & singulis supra nominatis nobis in verum & justum & rationabile feudum rationabiliter contulit, idem feudum seu jus feudale utilis dominii, quod ad nos nunc dinoscitur pertinere, & tunc ad eundem Dn. Burchardum, & ipsius ecclesiam Magdeb. libere devolvetur, ut idem Dnus. Burchardus Archiep. & sua ecclesia terram seu Marchiam praedictam, cum ministerialibus, vasallis, mancipiis, & omnibus juribus & pertinentiis praenominatis omni impedimento remoto habeat & possideat, non solum quoad dominium, sed etiam quoad possessionem, libere & pacifice pleno jure ex tunc, etiam ministeriales, vasalli, mancipia & homines, cujuscunque conditionis existant, in ista terra dicta, seu Marchia commorantes, immediate ad eundem Archiepiscopum ipsiusque ecclesiam pertinebunt. Ex quibus siquidem ministerialibus & vasallis non nulli ipsi Dno. Archiepiscopo nomine suae ecclesiae jam homagium praestiterunt. Item praesentibus protestamur, & bona fide promittimus, quod bona jura feudalia, infeudata & non infeudata terrae seu Marchiae praedictae, praedicto Dno. Archiepiscopo & ipsius ecclesiae a nobis vendita & resignata, & per nos in ipsam translata, absque omni dolo & fraude tenebimus, quae siquidem bona idem Dnus. Archiepiscopus jam fidelibus & ministerialibus suæ Magdeburgensis ecclesiæ feudali titulo contulit suæ ecclesiæ possidenda, Principatum vero Dno. Romanorum Regi, ad manus prædicti Archiepiscopi & suæ ecclesiæ resignabimus, cum ab eodem Dno. Archiepiscopo, aut a suo successore fuerimus requisiti. Quem quidem principatum prænominatus Dnus. Archiepiscopus aut suus successor nobis conferet, & conferre tenebitur, prout principatus conferri principaliter consueverunt. Insuper recognoscimus per præsentes, & nos praesentibus obligamus, nos procuraturos & facturos, quod Dnus. *Albertus* dilectus Pater noster, & Dnus. *Fridericus*, dilectus Frater noster venditioni, donationi proprietatum, & traditioni hujusmodi suum consensum adhibebunt liberum, & expressum, & venditionem, donationem & traditionem prædictas a nobis gratas & factas habebunt

bunt firmiter ratas, ita quod prædictus Dnus. *Albertus* Pater noster infra hinc & proximum exstans festum Natalis Domini, suas patentes literas, ipsius sigillo sigillatas, consensum & ratihabitionem hujusmodi continentes per suum ministerialem, qui vulgariter appellatur *Ingebaren Densimann*, utpote per Pincernam, Dapiferum, Camerarium, aut Marschalcum ipsius eidem Dno. Archiepiscopo & suæ ecclesiæ destinabit. Hoc idem etiam faciet & eodem modo frater noster jam prædictus, infra subsequentem annum, a dato præsentium numerandum. Ut autem consensum & ratihabitionem patris & fratris nostri prædictorum infra terminos prædictos efficere & procurare teneamur, nos oppidum seu munitionem *Chubin*, & *Schidlowe* cum hominibus & bonis infeudatis, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, etiam ab illa parte aquæ, quæ *Sprewa* dicitur, in qua quidem parte prædictum oppidum *Chubin* situm est, obligavimus, & præsentibus obligamus, ita videlicet, quod si utriusque seu amborum consensum & ratihabitionem, & literas ratihabitionem & consensum continentes hujusmodi minime procuraremus, ut est dictum, extunc idem oppidum & castrum, cum omnibus juribus & attinentiis prædictis, quoad dominium & possessionem perdere debemus, & ipsi Dno. Archiepiscopo & suæ ecclesiæ acquiri debet, & libere præsentari, ut idem Dnus. Archiepiscopus & sua ecclesia prædictum oppidum & castrum cum ipsorum pertinentiis habeat & possideat perpetuo pleno jure. Item recognoscimus per præsentes, quod si feudum seu jus feudale nostrum, quod in Marchia prædicta habere & retinuisse dignoscimur, aliqua necessitate cogente, utpote propter captivitatem nostram, aut nostrorum hominum, aut propter guerras habitas, vel habendas, vel propter rerum inopiam, aut propter onera debitorum, necesse haberemus vendere vel infeudare aut modo quolibet alienare, hoc prius prædicto Dno. Archiepiscopo & suæ ecclesiæ denuntiare debemus, & ipsis comparanda seu emenda exhibere. Quod si idem Dnus. Archiepiscopus, & ipsius ecclesia ea comparare seu emere voluerint, hoc facient ad æstimationem seu arbitrium, *Richardi de Alsleve*, Magd. curiæ *Dapiferi*, Henrici de *Alsleve*, Hermanni de *Werderden*, dicti de *Warmstorp*, ministerialium Magd. ecclesiæ, nec non Friderici de *Cholchenburg*, Friderici de *Istrele*, Ottonis de *Ilburg* dicti *Slavi*, ministerialium ecclesiæ, qui ad æstimandum valorem juris nostri, quod in dictis bonis habemus, & ad ordinandum terminum seu diem solvendæ pecuniæ, per prædictum Dnum. Archiepiscopum, ecclesiam suam & per nos sunt communiter deputati; & si aliquem de prædictis nostris arbitris ab hac vita decedere contigerit, in locum defuncti substituemus æque dignum infra proximum mensem, post-

quam

quam ſuper hoc per prædictum Dnum. Archiepiſcopum fuerimus requiſiti. Hoc idem debet facere, & faciet Dnus. Archiepiſcopus ſupradictus. Quod ſi non fecerimus, *Lipsk* intrabimus, prædictus vero Dnus. Archiepiſcopus Magdeburgenſis ad *Jezandum* intrabit, inde nulla nocte exibimus, donec per nos aut per jam dictum Dn. Archiepiſcopum in locum defuncti æque dignus fuerit ſubrogatus. Si autem dictus Dnus. Archiepiſcopus & ſua eccleſia jus noſtrum, quod habemus in prædictis bonis nollent emere vel non poſſent, poſtquam ipſis a nobis eſſet exhibitum, vel per ſex dictos miniſteriales fuerit æſtimatum, ex tunc aliis ſeu alii in feudum conferre, vendere, obligare, vel alio modo alienare licite poterimus cuicunque, dummodo juri dicti Dni. Archiepiſcopi & ipſius eccleſiæ in nullo præjudicium generetur. Nomina vero *caſtrorum*, *oppidorum*, munitionum, *terminorum*, diſtrictuum prænominatæ terræ ſeu *Marchiæ Luſatiæ* ſunt hæc. Prædicta enim terra ſeu *Marchia Luſatiæ* incipit ab illa parte aquæ, *Damis*, & continet in ſe terram *Zanowe*, item prædicta terra incipit ab *Oelſtera nigra*, & protenditur usque *Oderam*, & ab *Odera* usque ad fluvium *Slube*, & a fluvio *Slube*, usque ad fluvium *Bobera*, & ſpecialiter in ſe continet terram *Sorowe*, quæ ex *Slube*, usque ad fluvium *Bobera* extenditur, usque ad terminos *Poloniæ*, & usque ad terminos *terræ Budiſſenenſis*. Item continet in ſe curiam *Preluz*, & oppidum *Trebula*, item caſtrum *Golſchin*, & caſtrum & oppidum *Luccowe*, oppidum *Chubin*, oppidum & caſtrum *Lubraz*; caſtrum *Schedelowe*, oppidum & caſtrum *Sprewenberg*, curiam *Dannerode*, oppidum *Kalowe*, & novum caſtrum apud *Kothebuz*, cum oppido & caſtro *Kothebuz*, caſtrum *Lubenow*, item caſtrum & oppidum *Fredeborg*, caſtrum & oppidum *Schenckendorp*, caſtrum & oppidum *Teupiz*, curiam *Zinniz*, caſtrum *Richenwalde*, curiam *Reineswalde*, cum villis, molendinis, ſilvis, nemoribus, fluminibus, & aliis ibidem attinentiis, prout ſuperius eſt expreſſum. In cujus rei evidens teſtimonium præſens ſcriptum inde confectum noſtri ſigilli munimine fecimus communiri. Teſtes ſunt honorabiles viri, *Bernhardus* Præpoſitus dictus de *Welpia*, Ropertus de *Mansfeld* Camerarius, Otto de *Brzerwa*, Cantor, *Burchardus* de *Schrapelow*, Magiſter *Heidenricus* de *Zupz*, Henricus de *Brunnenberg*, Canonici Magd. eccleſiæ. Nobiles viri, Conradus de *Werberg*, Henningus de *Phula* dictus *Strutz*, Richardus de *Alsleve*, Hermannus de *Werderden*, dictus de *Warmſtorp*, Magdeb. curiae Dapifer, Heino, Gumbertus, & Johannes de Alsleve, *Ghercus Landhous*, Johannes de *Werceleve*, Johannes *Burggravius* de *Lynorch*, milites & miniſteriales ſupra dictae Magd. eccleſiae, nec non *Otto* & *Bodo* de *Tlborch*, junior

t *Frede-*

*Fredelinus* de *Kodebuz*, Fridelinus & Bernhardus fratres de *Puch*, Johannes & Hermannus, Burggravii de *Golſyn*, fratres de *Landsberg*, Ottbertus *Knuth*, Johannes & Guntherus fratres de *Ghelnowe*, milites & miniſteriales noſtri, e. q. p. a. f. d. Act. & datum in *Damis*, A. MCCCI. in inventione B. Stephani Proto Martyris.

## 130.

## M. Hermann zu Brandenburg, Grav von Henneberg beſtätiget noch die Comthurey Nemerow im Lande Stargard. 1302.

Aus der Gundlingiſchen Sammlung.

Dieſe und noch eine folgende Urkunde zeigen von wem, und auf was vor Weiſe vermuthlich Stargard von Brandenburg, an Meklenburg gelanget.

J. N. S. E. J. T. A. *Hermannus* D. G. *Brand.* March. & Dominus de *Henneberg* omnibus Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in perpetuum. Gloria & honor Dei viventis in ſecula eſt inter tot mundi pericula in valle hujus miſeriæ fideles ſuos in ſua ſervitia confortare, Recognoſcimus igitur præſentium ſerie literarum, & publice proteſtamur, quod inclinati ad honorem Dei omnipotentis meritisque S. Mariæ Virginis perpetuæ, & S. Johannis Hoſpitalis Iheroſolimitani, ad preces etiam *fidelis noſtri Secretarii*, Fratris *Ulrici*, dicti *Schwatz* (Schwan) *Commendatoris* domus in *Nemerow*, qui nobis & noſtris progenitoribus multimodis ſæpius impendit ſervitia, propter quæ ipſum & Ordinem ipſius proſequi cupientes ſpeciali ſtipendio gratiarum, curiam ſeu domum dicti Ordinis in *Nemerowe*, cum omnibus habitatoribus & poſſeſſionibus ſuis promovebimus, & ad quæque proſpera dirigemus. Volentes etiam eandem curiam & Fratres, cum proprietatibus & libertatibus eorum ſingulis in vigore ſtabili perpetuo permanere, omnia ipſorum bona mobilia ſeu immobilia per illuſtrem *Marchionem Albertum* Brand. noſtrum Patruum claræ memoriæ ipſi & ſuis Confratribus data & conceſſa, in *terra Domini Magnopolenſis* ſita, nec non omnia & ſingula privilegia, eisdem per nos vel per Patrem noſtrum *Ottonem*, vel dictum Patruum noſtrum *Albertum*, vel alios noſtros progenitores, ſeu prædeceſſores noſtros quoscunque, ſuper lignis, ſilvis, pratis, paſcuis, nemoribus, paludibus, aquis, aquarum ductibus, ſtagnis, piſcationibus, molendinis, agris cultis vel incultis, & generaliter omnibus uſufructibus, donationibus ſeu conceſſionibus quibuscunque data & conceſſa, donatione perpetua liberaliter in nomine Domini per præſentes confirmamus. Et quia inſtitutionem ſeu fundationem dictæ curiæ ſeu Elymoſynæ in *Nemerow*, idem Frater *Ulricus* noſter ſpecialis a prædicto Patruo noſtro *Alberto* inclyto, & confirmationem ejusdem a nobis fieri ſuis ſervitiis & meritis procuravit, ſtatuimus volentes omnimode, ut nullus *Magiſtrorum Ordinis* prædicti Fratrem *Ulricum* prædictum

a dicta amoveat curia, sed ipsi cum Elimosynarum largitione & cum Sacerdotum Ordinis divini officii celebratione eandem regat cum libertatibus curiam quiete temporibus vitæ suæ. Cum autem decessit ab hac luce, tunc Magister & successores sui divinum officium per tres Sacerdotes Ordinis, & Elymosynarum eodem modo observare perpetuo tenebuntur, sicut idem Frater *Schwatz* suis temporibus tenuit & possedit. Testes hujus sunt Henricus de *Alvenslеve*, Bernhardus de *Plotzke*, *Droysko* nostræ curiæ *Dapifer*, *Gerekinus* de *Molendorp*, nostri Milites, e. a. p. f. d. Actum & datum in *Werbelino* A. D. MCCCII. Vta feria ante festum Martini Episcopi.

## 131.

## F. Henrich der Löwe zu Meklenburg bestätiget die Comthurey Nemerow im Lande Stargard, als nunmehriger Landes-Herr. 1304.

Henricus D. G. *Dominus Magnopolensis*, omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam. Facta memoriæ digna scriptis commendare decrevit venerabilis antiquitas, ne ea ab oblivione vel alia temeritate futuris temporibus contingat in dubium revocari. Noverint igitur præsentes & posteri, quod (hier scheint eine Lücke in der Original-Urkunde zu seyn, die der Copiste aber nicht bezeichnet hat) prælibati *Fratres* S. *domus* Hospitalis *Jerosolimitani*, de *Nemerow* & *Gardowe* omnia bona villarum seu mansorum eorum, cum omni jure proprietate & libertate, terris cultis & incultis, lignis, paludibus, aquis, aquarum ductibus, molendinis, piscationibus, pratis & pascuis, cum suis pertinentiis, sub certis terminationibus, *sunt jacent* (dis ist gewiß ein Schreib-Fehler des Copisten, den wir nicht zu berichtigen wissen) ad nos absque — — — — — — — — perduxerunt. Cum autem *necessitas debitorum magna*, *ex parte Principis Marchionis Hermanni*, *in nobis incumberet*, jam *dicti Fratres* in *subsidium* de bonis eorum *quadraginta Marcas argenti nobis* animo benevolo *donaverunt*, *quam donationem argenti nec* modo in præsenti, nec unquam in futuro, *nos & nostri hæredes recuperare volumus*, pro jure, sed pro gratiæ & beneficii impensione. Præterea nos dictorum Fratrum considerantes vitam cœlibem, bonorum operum frequentiam, Ordinis sanctitatem, sperantes in anima & corpore apud Deum ipsorum devotis precibus adjuvari, ad laudem Dei omnipotentis, & B. Mariæ, pro salute animarum, nostræ, progenitorum ac successorum nostrorum, damus eisdem fratribus nunc præsentibus ac futuris, bona in *Majore Nemerow*, & in *Slavicali*

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Diese Urkunde muß mit der vorigen zusammen genommen werden.

 *Neme-*

*Nemerow*, nec non in *Gardowe*, & cetera bona in Dominio nostro sita, ad jam dictas duas domus pertinentia, sicut ea ad nos perduxerunt, per nos & nostros hæredes, seu successores, a precaria libera & exemta. Ut autem nostra prædicta (donatio) a nobis & nostris successoribus perpetua maneat & inconvulsa, dedimus sæpe dictis Fratribus Hospit. Jerosol. de *Nemerowe* & *Gardowe*, & omnibus eorum subditis præsentem paginam nostri sigilli munimine firmiter roboratam. Testes sunt Milites nostri *Busso* de *Dolla*, Willekinus *Soneke*, Gerhardus de *Dewitz*, Henricus *Soneke*, *Krowel* Advocatus, *Vikko Mund*, Henninghus de *Plawe*, Rodolphus de *Dolla*, Rodolphus de *Wodenswege*, & famuli, Vikko & Wedeko de *Plote*, Henricus de *Hepdcke*, Hermannus de *Rehberge*, e. q. p. a. f. d. Datum *Lychen* A. D. MCCCIV. quarto die April.

## 132.

## F. Henrich des Löwen zu Meklenburg grosser Schirmbrief für das Kloster Himmelpfort, das damals zum Lande Stargard, nebst Lichen gehöret. 1305.

Aus der Süßmilchischen Sammlung. Es ist ausser diesem noch ein kleinerer, in allgemeinern Ausdrücken von 1304 vorhanden.

J. N. S. E. J. T. A. Quoniam ea, quae ecclesiis Dei, & in his degentibus a piis Principibus instrumentorum robore liberaliter ac perpetualiter sunt impensa, nulla unquam fas est labefactare calumnia, sed quaeque donata sunt & concessa integraliter & irrefragabiliter observari. Hinc est, quod nos *Henricus*, D. G. *Dominus Magnopolensis* & *Stargardensis*, recognoscimus publice per praesentes, quod Princeps magnificus, Dominus noster *Albertus March.* Brand. illustris, cum meo consensu, ad laudem Dei Omnipotentis, ejusque Matris Mariae Virginis perpetuae in *terra* sua ac nostra *Lychen*, novellae plantationis *fundavit ecclesiam*, *Ordinis Cistertiensis*, quam *Cœliportam* vulgari nomine appellavit, quamque bonis suis subscriptis dotavit, prout in præsentibus, & etiam suis privilegiis eidem ecclesiae datis lucide est expressum. Dotavit enim eidem ecclesiae primo villam *Carstavel* cum suis pertinentiis, *magnam Thymen* cum molendino, quod *Thymer molen* dicitur. Insuper omnes mericas & silvas, sive paludes adjacentes, & specialiter silvam, quae *Stolpenbruck* dicitur; item dimidium molendinum *Stulp*, cum merica & silva, quae protenditur a metis campi *Carstavel*, usque *Vorstenberge*; item villam *Garlin*, cum merica & distinctionibus suis; item villam *Lineiczere*, cum suis pertinentiis, item villam *Brusenwalde* cum suis pertinentiis, item *molendinum* in civitate *Lychen*, & molendinum apud villam *Kustryn*; item stagnum *Platekow*, item stagnum pro-

tendens

tendens a villa *Wobechar*, usque ad molendinum infra *Lychen*, & deinde usque ad villam *Stolp*. Item ſtagnum *Stolp*, usque in *Vorſtenberge*, cum parvo ſtagno adjacente, item ſtagnum apud *mognam Thymen*, it. ſtagnum *Zwagerow*, it. ſtagnum *Dobelow*, it. ſtagnum *Bringhenthin*, it. ſtagnum *Lineiczere*, it. ſtagnum ſituatum in campo *Libbewe*, it. ſtagnum apud *Carſtavel*, it. ſtagnum apud *Retenberghe*, quod *Crun* dicitur. Item ab eodem ſtagno *Crun*, omnia ſtagna interjacentia usque in *Lychen*, & generaliter omnia ſtagna magna & parva, rivos & *omnes aquas*, ad *terram Lychen* pertinentes, cum piſcationibus & utilitatibus ſingularum, cum molendinis jam conſtructis & proceſſu temporis conſtruendis, villas quoque prædictas, & *centum manſos in terra Stargardienſi* cum omnibus agris cultis, & incultis, nemoribus & mericis, ſilvis ac paludibus, pratis & paſcuis, & omnibus attinentiis & diſtinctionibus, cum omni jure, proprietate, jurisdictione, dominio & utilitatibus, quibuslibet in omnibus, & per omnia, quemadmodum eas villas cum dictis centum manſis in terra Stargardienſi prædicta poſſederat, & nos poſſidemus, cum meo conſenſu eidem donavit eccleſiæ *Cœliportæ* juſto proprietatis titulo in perpetuum poſſidenda. Adjecit quoque præmiſſis meo conſenſu plenius accedente, quod nec ipſe, nec nos, nec Advocati ſui vel mei, qui proceſſa temporis fuerint, ſeu Bedelli in bonis præmiſſis ejusdem eccleſiæ in quacunque cauſa criminali vel civili nullam judicandi habebunt de cetero poteſtatem. Ipſa enim bona ab omni præcaria exactione qualibet, & omni ſervitio communi & ſpeciali perpetuo erunt libera & exemta, nihil juris vel ſibi, vel nobis, vel ſuis aut noſtris ſucceſſoribus retinuit in eisdem. Nos igitur hujus magnifici Principis Domini noſtri *Alberti*, felicis recordationis March. Brand. religioſo propoſito quam plurimum congaudentes, & operum tam piorum cooperatores ac comparticipes fieri devote cupientes, ſimulque in animarum, meæ, & uxoris noſtræ, Dominæ *Beatricis*, *ejusdem illuſtris Principis filiæ*, & omnium progenitorum noſtrorum ſalutem & remedium, *fundationem* prædicti *Cœnobii Cœliportæ*, Ciſtertienſis Ordinis, ratam ac gratam habentes, *confirmamus*, & condonantes ſtabilimus & ratificamus, quæque ſuperius memorata, volentes uuiverſa illibata, & in perpetuum inviolabiliter integra obſervari. Aſſignantes nihilominus & diſtincte demonſtrantes in *terra noſtra Stargardienſi* pro centum manſis, de quibus ſupra dictum eſt, necdum tamen adhuc diſtinctis, bona inferius annotata. Inprimis villam *Nedemyn*, cum ſuis pertinentiis, agris cultis & incultis, ſilvis, nemoribus & mericis, pratis & paſcuis univerſis, ipſi villæ attinentibus, aquis, rivis & paludibus, cum molendino ejusdem villæ, ſuper

aquam quæ *Tholosa* dicitur, constructo, & aliis forte pro tempore construendis, cum omnibus eisdem aquis, in longum & latum, quoad usque ejus villae termini protenduntur, ita quod uterque meatus earundem aquarum Tholosæ vicus, usque ad extremum litus versus civitatem *Trebethowe*, cum omnibus insulis sive mediamniis, eisdem divisionibus aquarum interclusis cum piscationibus & utilitatibus quibuslibet ad præfatam ecclesiam debebunt perpetuo pertinere. Item villam *Werben* (Warbende) cum omnibus suis pertinentiis, item decem mansos in villa *Vlatouw*, cum suis distinctionibus universis, quos *Wilhelmus Soneken* senior, Miles a nobis hactenus feodaliter tenens, sed ex nunc tenere debebit ab ecclesia prædicta. Hæc itaque bona cum universis suis pertinentiis, cum omni jure, proprietate, jurisdictione, dominio & utilitatibus quibuslibet, libertate etiam plenaria, in omnibus per omnia, quemadmodum prædicta universa donata sunt, damus & assignando donamus præfatæ ecclesiæ *Cœliportæ*, loco & nomine centum mansorum, in terra nostra *Stargardiensi*, cum universis bonis prælibatis justo proprietatis & libertatis titulo in perpetuum possidenda. Ut igitur hæc omnia & singula in privilegiis dictæ domus *Cœliportæ* expresse contenta perpetuo & inviolabiliter conserventur, præsentes conscribi & sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes quoque hujus sunt Wilhelmus *Soneke*, Henricus *Soneke*, Busso de *Dolla*, Bernhardus de *Peccotel*, Vikko de *Witzen*, Henricus *Krouwel* milites, Henricus & Godeko, meæ curiæ Capellani, & complures alii fide digni. Datum Nien *Brandenborch* A. D. MCCCV. XVI. Cal. Octobr.

## 133.

## K. Albrecht I. hebet die Acht auf, die er wieder K. Wentzlav V. in Böhmen, und seine Bundes-Genossen, die Herzoge von Bayern, und die Marckgraven von Brandenburg, darunter auch M. Hermann, hatte ergehen lassen. 1305.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

*Albertus* D. G. Romanorum Rex semper Augustus, ad universorum notitiam tenore præsentium volumus pervenire; quod super discordia, quæ inter nos ex una parte, & illustrem quondam *Wenceslaum*, *Bohemiæ Poloniæque* Regem ex altera, vertebatur, dum advixit, cum ejus filio illustri *Wenceslao*, *Bohemiæ Poloniæque* Rege, avunculo & Principe nostro charissimo, concordiæ, quam cum eo cunctis diebus vitæ nostræ servare bona fide promittimus, definimus unionem. Primo quod omnis excessus, si quos ipsius avunculi nostri Bohemiæ & Poloniæ Regis progenitor prædictus in nos, vel imperium quocunque modo commisit, propter quos

quos in ipsum genitorem suum nostra *legalis sententia lata*, vel *bannum* promulgatum fuissent, quæ se extenderent ad hæredes, prædictum *Wenceslaum* Bohemiæ & Poloniæ Regem avunculum nostrum, prædicti quondam Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis filium hæredem & successorem, & hæredes suos, ab ipsis *excessibus suis & bannis* absolvimus, & in perpetuum autoritate regia reddimus & esse volumus omnimode absolutos. Promittimus præterea in regia fide, prædictum *Wenceslaum*, Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum nostrum, hæredes & successores suos, Bohemiæ & Poloniæ Reges, in ipsis Bohemiæ & Poloniæ regnis, & omnibus aliis Principatibus ac terris & juribus, ac omnibus aliis, quæ ad ipsum *Wenceslaum*, Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum nostrum, ex successione paterna, vel quocunque alio titulo pervenerunt, nec de jure nec de facto, toto vitæ nostro tempore, aliquatenus impedire, etiamsi aliquod jus, quod vulgariter dicitur *Anspruch*, nobis vel imperio in eis competeret, vel diceremur competere, vel nobis aut imperio aliquo competere videretur; sed ipse Wenceslaus, & Bohemiæ Reges, praedicta regna, principatus, terras, & omnia supra dicta, cum pleno dominio, & omnibus regnorum, principatuum, & terrarum ipsarum titulis, honoribus, juribus, jurisdictionibus, utilitatibus, *in terra & supra terram*, in regnis, principatibus, ac omnibus prædictis, & ex eis provenientibus, feudalia jure feudi, propria vero & haereditaria jure proprietatis & haereditario debent obtinere, in perpetuum, & ea libere & pacifice possidere. Illustres praeterea *Ottonem* & *Stephanum*, Duces Bavariae, *Ottonem*, *Hermannum*, *Johannem* & *Waldemarum*, *Marchiones de Brandenburg*, qui in guerra & discordia praedicta, quae inter nos, & praedictum quondam *Wenceslaum* Bohemiae & Poloniae Regem vertebatur, ipsius Regis Bohemiae & fautores & adjutores fuerunt, insuper omnes alios, qui notabiliter & actualiter adjutores vel fautores praedicti Regis Bohemiae & Poloniae contra nos in eadem discordia sunt vocati & inventi, sive sint banniti, sive proscripti, vel ablitigiati per nos vel per alios, praedictae concordiae & unioni includimus, & inclusos esse volumus, praesentium tenore, & omnibus bonis in praedicta concordia, propter praestitum contra nos praedicto Regi Bohemiae adjutorium vel favorem, eis ablatis, & honoribus & juribus eorum restituimus, & esse volumus plene & integre restitutos, nec quod eis ex hoc in ipsis bonis, & eorum juribus & honoribus ulla diminutio vel laesio aut praejudicium aliquod generetur. Promittimus insuper, super terris, hominibus, bonis & juribus terrae Wratislaviensis stare dictis & ordinationi spectabilium virorum, *Bertholdi* Comitis de *Henneberg*, & *Burchardi* Burggravii de Magdeburg

deburg, per nos & praedictum Wenceslaum, Bohemiae & Poloniae Regem, avunculum nostrum ad hoc concorditer electorum. De munitionibus autem, si quae ipsius Wenceslai Boh. & Pol. Regis avunculi nostri progenitoris, intra Egrensem, quam cum suis pertinentiis ipse Wenceslaus Boh. & Pol. Rex avunculus noster, ea integritate, qua ipsa terra genitori suo, per felicis memoriae Adolphum Rom. Regem, praedecessorem nostrum, olim fuit, compromisit restituere, sua pecunia comparaverit, inter nos & ipsum Wenceslaum Boh. & Pol. Regem, avunculum nostrum taliter est ordinatum, ut eaedem munitiones discussioni juris subjaceant, utrum videlicet ad nos, vel ad ipsum Wenceslaum Boh. & Pol. Regem, avunculum nostrum debeant pertinere, nisi ipsas idem Wenceslaus Boh. & Pol. Rex, avunculus noster a nobis in feudum voluerit obtinere. In cujus rei testimonium praesentes exinde conscribi, & Majestatis nostro sigillo jussimus communiri. Datum apud Nurenberg XI. Cal. Septembr. Indict. III. A. Dom. MCCCV. regni vero nostri Anno VIII.

## 134.

### Die Marckgraven Otto und Waldemar ertheilen der Stadt Prentzlow die Befreyung von allen Auflagen, und Kriegs-Zügen, die über einen Tag dauren, gegen Erlegung von 700. Marck Brandenb. Silbers baar, und jährlicher Bezahlung 100. Marck eben solchen Silbers. 1305.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

J. N. S. T. E. J. V. A. *Otto & Waldemarus* D. G. Brandenburgenses, *Lusatiae & de Landsberg* Marchiones universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis seu audituris in perpetuum. Cum multoties actus legitimi rite & rationabiliter facti propter diversos casus, qui humanis rebus incidunt, immutentur, expedit ut signis testium idoneis literis authenticis solidentur ne oblivione sive fluxu temporis evanescant vel malignorum astutia varientur. Recognoscimus igitur coram universis Christi fidelibus tam praesentis temporis quam futuri praesenti pagina publice protestantes, quod fidelium nostrorum civium in *Prentzlavia* obsequia assidua & fidelitatem eorundem piis desideriis intuentes nostrorumque prudentum consilio maturo praehabito ipsis donavimus pio affectu subscriptam libertatem *perpetuis temporibus inviolabiliter duraturam* ita quod dictae civitatis Burgenses pro omni exactione vel consagittatione aut depecuniatione, quocunque nomine censeatur, nobis dabunt *singulis annis centum Marcas & non plus* duobus terminis sive diebus ad hoc specialiter deputatis, videlicet in festo beati Martini quinquaginta Marcas Brandenbur-

denburgensis argenti ponderis & Monetae, in festo vero sanctæ Walpurgis quinquaginta Marcas ejusdem monetae & ponderis nobis similiter erogabunt. Adjicimus etiam, quod omnes libertates sive privilegia a nostris praedecessoribus sive a nobis donata dictis Burgensibus per istam nostram novam donationem non debent aliquatenus diminui vel mutari, sed manere debent penitus inconcussa. Item praefectus dictae nostrae civitatis judicabit omnes excessus, qui perpetrantur in praetaxata civitate & extra vel in metis, quae Marckscheide vulgariter appellantur, quae ad civitatem pertinent praenarratam. Nolumus etiam ut hujusmodi excessus per nos vel per nostros advocatos aut per nostros officiales quoscunque aliquatenus judicentur. Praeterea statuimus in perpetuum observandum, quod in molendinis adjacentibus saepe dictae civitati *Matta ferrea aut cuprea* habeatur, in qua nequaquam annona de caetero cumuletur sed cumulus cum ferreo instrumento integraliter deponetur, quo deposito sedecim Mattæ mensuratæ tenebunt unius modii quantitatem. Item si aliqua guerra aut periculum nobis incumberet, quod Deus avertat dictæ civitatis Burgenses nobis ad aliquam expeditionem *sive Reysam nulla obsequia ministrabunt nisi possent eadem die qua exeunt redire ad dictam civitatem* nec debent ulterius procedere nec aliquo gravamine ulterius molestari. Item si sæpe dictam civitatem vendere aut obligare contigerit, quod absit, is cui præmissam civitatem dimiserimus præmissis civibus promittet fide data omnia privilegia, concessiones & libertates præhabitas immutabiliter observare & hoc suis privilegiis confirmabit. Hæc omnia præmissa sine omni dolo observari pro nobis ac pro nostris successoribus universis promittimus fide data, una enim nobiscum fidetenus compromittunt nostri fideles scilicet Johannes Romel, Ludolphus Senior de Wedel, Henricus de Steghelitz & nostræ curiæ dapifer, Henningus & Anselmus fratres dicti de Blanckenborch, Henningus de Steghelitz & Berteramus Theodoricus de Kerkau, Henningus filius Domini Gedckeni de Gryfenberch, Wedego de Wedele, Hasso de Wedele, Henningus de Eyckstede, Fredericus & Thydericus fratres dicti de Eyckstede, Heydenricus de Benitz, Sigfridus Smuck, Sabellus de Badelo, Henningus de Benitz residens in Arnse, Henningus de Benitz residens in Coselow, Otto de Holstendorp Marscalcus, & Nicolaus Saat, milites, Redingus Marscalcus & Theodoricus Junior de Kerkau, Armigeri, mortuo vero uno prædictorum fidejussorum nostrorum *nos infra mensem postquam a dictis Burgensibus moniti fuerimus alium fidejussorem loco mortui statuemus* quemcunque de nostris vasallis dictæ civitatis Burgenses duxerint eligendum. Et si aliquis articulus de præmissis omnibus per nos aut per nostros successores infringeretur,

ex tunc prædicti nostri milites, qui dictam libertatem nobiscum promiserunt, sive illi, qui ipsos in promissione succedunt, dictam civitatem intrabunt, *inde non exituri*, *donec ille articulus sive injuria penitus reformetur:* ad majorem enim evidentiam & cautelam omnes nostri compromissores hanc nostram donationem confirmabunt litteris suorum sigillorum munimine communitis. Pro donatione quidem hujusmodi libertatis, dicti Burgenses nobis dederunt *septingentas Marcas argenti Brandenburgensis ponderis & monetæ.* Ut igitur noster contractus sive donatio tam a nobis quam a nostris successoribus ratus permaneat & inconvulsus, praesentes litteras super eo confectas nostrorum sigillorum appensionibus jussimus consignari. Actum & Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto in Werbellino in die beatae decollationis Sancti Johannis Baptistae, per manus Gerhardi nostrae curiae notarii, & placitatum per viros discretos infra scriptos, quorum nomina sunt haec, Thydemannus de Rudau, Henricus de Bismark, Gobelo institor, Thydekinus de Crevese, Sivekinus de Landyn, Segherus de Agghermudis, Luderus de Cranicpul, Thydekinus de Agghermudis, Segherus Buck & Bruno pellifex Consules hujus anni, Menzo Praefectus, Martinus de Crevese, Gerardus de Angermudis, Heinricus de Berthow & Willhelmus de Gothau Burghenses praehabitae civitatis.

## 135.

## Auszug einer Stiftung Marckgrav Woldemars für die Seelen seines Vaters Conradi und Bruders Johannis an das Cistertienser-Kloster Marienwolde. 1305.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Woldemarus, V. G. G. Marckgrav zu Brandenburg, Lausnitz und von Landsberg, entbeut allen, die diesen Brief sehen oder hören lesen, Glück, Heyl und Wissenschaft nachgeschriebener Dinge.

Der abgehandelten Sachen Beschreibung ist dazu nöthig, daß die Nachkömmlinge, so deren unwissend oder vergessend, nicht verneinen können, was die Vorfahren mit reifen Rath verordnet. Demnach thun wir zu wissen, allen die jetzo sind und in künftigen Zeiten seyn werden, und thun mit diesen Briefe kund, wie wir betrachtet göttlich und seliglich zu seyn, daß man den Armen zu Hülfe komme, sonderlich denen, die um der Liebe Gottes willen, der Welt und ihres eigenen Willens sich verziehen. Darum haben wir zur Vergebung unserer Sünde und zur Seelen Seligkeit unserer geliebten Herrn, Conradi unsers Vaters und Johannis unsers Bruders weyland Marckgraven zu Brandenburg sel. Gedächtniß, gegeben und schencken mit milder Begabung

gabung unsern geliebten in Christo den Brüdern des Ordens von Cistertien im Kloster Marienwalde 2c. Dabey sind gewesen tüchtige Zeugen nemlich unser Getreuer Ludolphus von Wedel, Henrich von Stegelitz, und Nicolaus von Buch unser Truchseß, und Hasso von Wedel unser Advocat, und andere viel mehr glaubwürdige Leute. Geschehen und gegeben zu Dubegnero An. Dom. 1305. am Sonnabend vor Michaelis.

## 136.

## Marckgrav Hermann ertheilet der Stadt Eberswalde den Marckt-Zoll und die Zollfreyheit zu Lande und Wasser besonders auf der Finow und Oder in seinem Gebiet. 1306.

J. N. S. E. J. T. A. Ad memoriam praesentium & certam notitiam futurorum. Nos *Hermannus* D. G. *Brandenburgensis & Lusatiae Marchio & Dnus. de Henneberg* recognoscimus publice per praesentes, quod propter parvum & commune bonum terrae ac civitatis nostrae *Everswalde* forense Theloneum Burghensibus civitatis ejusdem donavimus perpetuo possidendum, ita videlicet, quod Consules, qui sunt, & processu temporis fuerint in eadem ipsum Theloneum locandi, exponendi, committendi cuique voluerint & resumendi, prout civitati viderint expedire, liberam habeant in perpetuo facultatem. Item praedictos nostros Burghenses per praesentes dicimus undique in terris nostris liberos & solutos ab omni Theloneo dando tam in terris quam in aquis, & praecipue per descensum & ascensum Vinow & Oderae in nostra distinctione. Igitur committimus seriose per praesentia officialibus nostris, seu qui pro tempore fuerint, ut nihil a praedictis Burghensibus nostris nostrae civitatis pro Theloneo exigant seu requirant. Ne igitur super promissis in posterum dubium oriatur praesentes inde conscribi & sigilli nostri appensione jussimus communiri. Testes quoque hujus sunt Johannes Sparro, Henricus de Pule, & Henricus de Oderberghe, milites nostri, Thydeke de Bornum, Gherardus Wrest (Wust) Thydericus de Repekowe, Conrad de Schonebecke & Otto de Ghera Vasalli nostri & plures alii fide digni. Datum & actum in Werbellino per manum Johannis nostri subnotarii. A. D. MCCCVI. in die sancti Gregorii Papae.

Aus der Gundlingischen und Süßmilchischen Sammlung.

## 137.

## Die Marckgraven Otto und Waldemar verkaufen dem Kloster Himmelport Stolp, Bredereike, Rudow und Tangersdorf 2c. 1307.

J. N. S. E. J. T. A. *Otto & Waldemarus* D. G. Marchiones Brandenburgenses

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

ſes Landsbergenſes & Luſatiae, univerſis Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum viſuris ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Neceſſaria eſt rerum geſtarum deſcriptio, ne poſteri oblivione moti denegare valeant maturo piorum conſilio ſtabilita. Ea propter conſtare volumus omnibus Chriſti fidelibus tam praeſentibus quam futuris, quod honorabili viro Domino Johanni Abbati in Lhenyn pro conſtructione novi Cœnobii, quod *Cœliporta* dicitur, vendidimus has quatuor villas, vicum Stolp, Bredereigke, Rudow & Tangersdorp, quas quondam Redekinus de Redere dictus a nobis in Pheudo tenuit, cum omnibus ſuis pertinentiis ſeu agris cultis & incultis, aquis, piſcationibus, viis & inviis, lignis, pratis, paſcuis, areis & cœteris aliis proventibus ad easdem ſpectantibus, cum quibus etiam eidem Abbati vendidimus quinque Choros ſiliginis in molendino inter Bredereigke & Redelnsdorff ſito & medium molendinum in Stolp, & dimidium Chorum ſiliginis in molendino Scherpingesdorp, cum proprietate praedictorum omnium de meo ac noſtrorum verorum haeredum conſenſu, absque omni precaria angaria & parangaria, & ſine quolibet ſervitio curruum ſeu vectigalium quocunque nomine cenſeatur, ac etiam absque omni ordinaria petitione ſeu impetitione, quae per nos aut meos officiales, advocatos vel bodellos temera praeſumtione fieri oblivione aut negligentia contingeret, juſto proprietatis titulo poſſidendas pacifice & quiete perpetuis temporibus & habendas. Renunciantes ſimpliciter omni juri & proprietati, quam in eisdem hactenus dinoſcimur habuiſſe. Dedimus etiam & donavimus ipſi proprietatem ſtagni Crampitz cum proprietate ſex ſtagnorum parvulorum innominatorum. Ita quod in his atque in his praemiſſis omnibus de cœtero nihil juris & proprietatis poterimus vendicare nobis aut cuiquam meorum haeredum. Ne autem ſuper his in poſterum cuiquam dubium valeat ſuboriri, praeſentes literas ſuper eo editas duximus meorum ſigillorum appenſionibus roborandas praeſentibus teſtibus idoneis, videlicet noſtris fidelibus Conrado de Redere, Henrico de Stegelitz & Nicolao de Buck meae Curiae Dapiferis, Johanne de Sidowe, Gryphetone & Ludolpho de Arneſtorp & Guerardo, noſtrae Curiae Capellanis, a. q. p. a. f. d. Actum & datum in Werbelin A. D. MCCCVIImo in craſtino beati Valentini Martyris.

138.

NB. Es findet ſich in obgedachter Sammlung noch eine Urkunde von eben dem dato und Orte, in welcher ſo wohl der Kaufpreis, nemlich 300 Marck an die Marckgraven und 900 Marck an den von Redern bemercket, als auch die Gräntzen der verkauften Oerter weitläuftig beſtimmet werden. Und in der Unterſchrift ſind nach denen von Arnſtorf noch einige andere Zeugen benennet.

## 138.

## Die Marckgraven Otto und Waldemar verkaufen den Wald des wüsten Dorfes Sonneberg, mit Zubehör an die Stadt Schönflies. 1307.

J. N. D. A. *Otto* & *Waldemarus* D. G. Brandenburgi, Landesbergi & Lusatiae Marchiones omnibus Christi fidelibus praesentia visuris seu audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Necessaria est rerum gestarum descriptio, ne posteri oblivione moti denegare valeant maturo priorum consilio stabilita. Ea propter constare volumus universis tam praesentis quam futuri temporis hominibus, quod dilectis nostris civibus civitatis *Scawenfliet* (Schœnflies) universis vendidimus sylvam Sonnenberg dictam pro nonaginta Talentis Brandenburgensium denariorum cum pascuis & agris extra metas ejusdem desertae villae Sonnenberg libere & solute ac sine mensura jugiter possidendam. Quam quidem pecuniam nobis ipsi cives plenarie persolverunt. Adjicimus etiam, quod si forsan tempore succedente a nobis sive a nostris successoribus villa eadem denuo instauraretur praedictam sylvam remoto quolibet impedimento tamen ad usus praedictae civitatis cum omnibus juribus integritate & proprietate statuimus & donavimus perpetue remanendam. Ne autem hujusmodi nostrae venditionis ordinatio a nobis seu a nostris haeredibus aut successoribus in posterum valeat novercari seu quomodolibet mutari, praesentes literas super eo tradidimus nostrorum sigillorum muniminibus roboratas. Adhibitis testibus idoneis videlicet nostris fidelibus Henrico praeposito in Grantzoye, Ludolfo seniore de Wedele, Hassone de Wedele tunc temporis nostro Advocato, Ottone Marscalco de Holtzendorpe dicto a. a. q. p. f. d. Actum & datum Templin A. D. MCCCVII. in die beatorum Viti & Modesti per manum Guerhardi nostrae curiae Capellani & Notarii.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

## 139.

## Marckgrav Hermann bestättigt die Vereinigung der beyden Städte Berlin und Cölln. 1307.

Nos *Hermannus* D. G. Brand. & Lusat. Marchio & Dominus de Henneberg recognoscimus & ad universorum praesentia pervenire cupimus notionem. Quod honesti & providi cives nostri dilecti & fideles hic coram nobis sint uniti & concordati, quod ex civitate Berlin duae partes consulum, in civitate Coloniae simili modo eligantur, & cives nostri ex civitate Colonia illas duas partes Consulum eligant

in civitate Berlin, & cives nostri de Berlin tertiam partem Consulum annis singulis in Colonia eligere non recusent. De Scabinis vero sic exstat ordinatum, quod in ambabus civitatibus septem Scabini eligantur, videlicet quatuor ex civitate Berlin & tres de Colonia, & per cives de Colonia illi quatuor in civitate Berlin eligantur, per cives vero de Berlin illi tres Scabini in Colonia eligantur vice versa.

Praenominati vero Scabini apud officium & in officio eorum ulterius quam per spatium trium annorum non maneant seu perdurabunt. Sunt & concordati in invicem, quod quid cives de Berlin in eorum civitate placitis eorum valeant procurare de excessibus, ut cum illo civitatem eorum Berlin debeant meliorare, & ad hoc cives de Colonia bono Zelo juvare non recusent. Quicquid etiam cives de Colonia in civitate eorum placitaverint, cum illo civitas eorum debet meliorari, ad hoc cives nostri de Berlin juvabunt in quantum poterint & valebunt. In cujus rei testimonium præsens dedimus scriptum sigilli nostri munimine munitum. Huius rei testes sunt Reverendus Dnus. Johannes Abbas de Lenyn, Busso Gruuelhut curiæ nostræ dapifer, Pezcechinus de Biscoue, Rompertus de Barboy, curiæ nostræ Marscalcus, Gerardus de Nybede, Hermannus de Nybede, Henceckinus de Grœben & Otto de Kœnigsmarck nostri milites & Vasalli e. a. q. p. f. d. Datum Spandow per manum Slotekini, A. MCCCVII. feria secunda post diem Palmarum.

## 140.

### Breve des Pabst Clementis V. an verschiedene Bischöfe, darin er sie ermahnet, dem Erzbischof von Magdeburg, bey erfolgten Tode Dicemanns Landgravens in Thüringen, in desselben Prätensionen auf seine Verlassenschaft hülfliche Hand zu leisten. 1308.

Aus der Süßmilchischen Sammlung.

Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Brandenburgensi, Misnensi, Numburgensi, Merseburgensi & Havelbergensi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus Venerabilis frater noster Burchardus Archiepiscopus Magdeburgensis Metropolitanus noster pro recuperandis ac defendendis bonis & juribus ecclesiæ suæ tam his, quae Ticemannus Landgravius Thuringiæ Ecclesiæ prædictæ Vasallus ab eadem Ecclesia dum viveret, retinebat nunc devolutis ad eam pro eo, quod idem Landgravius absque hæredibus noscitur decessisse, quam alia bona (aliis bonis,) quae ad dictam ecclesiam per obitum Vasallorum ipsius absque hæredibus decedentium devolvuntur; nec non pro recuperatione & defensione aliorum jurium & bonorum dictæ ecclesiæ, in quibus est eadem ecclesia

sia pene collapsa, nostro & aliorum indigeat auxilio & favore: vos attendentes quam conveniens sit & dignum quod membra capiti congrua, cum expedit, subventione respondeant, fraternitatem vestram rogamus & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eidem Archiepiscopo per vos & homines vestros sic assistatis efficaciter in promissis auxiliis opportunis, cum ab eo super hoc fueritis requisiti, quod ipse, vestro & aliorum cooperante favore, bona & jura prædicta recuperare valeat & tueri, vosque proinde præter divinæ gratiæ præmium, nostram benedictionem & gratiam uberius consequi valeatis. Datum Pitavis X Kalendas Aprilis. Pontificatus nostri anno tertio.

## 141.

## Die Graven von Schwerin Gunzelin und Heinrich verkaufen das halbe Dorf Poreb an das Kloster Stepenitz um 60. Marck Plauischer Groschen. 1307.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum contuentibus *Guncelinus* & *Henricus* D. G. Comites de *Schwerin* salutem in vero salutari Domino Jesu Christo. Aus der Gundlingischen Sammlung. Ne temporis defluxu quæ geruntur in tempore transeant a memoria necesse est ea literarum testimoniis ac sigillationibus perennare. Quapropter noverint tam præsentium successores nos de maturo consilio ac pleno consensu eorum omnium, quorum consensus necessario fuerat requirendus vendidisse Domino Praeposito & Conventui Monasterii in Stepenitz pro sexaginta Marcis denariorum Plavicorum (Eadem summa Pecuniae nobis integraliter persoluta) proprietatem dimidiæ villæ, quæ Porybi dicitur, in omnibus suis terminis & disterminationibus, sicut nunc jacet in nemoribus, pratis, pascuis, paludibus, campis cultis & incultis, aquarum discursibus, cum omni utilitate cœtera contenta, jam constructa, aut pro legibus in posterum construenda cum omni jure & libertate judiciorum etiam sententiæ capitalis, & manus abscissionem omniumque culparum correctionem, Colonos ipsius villæ excipientes ab omni onere Advocatorum, ab omni gravamine evectionum sive deductionum lapidum calcis aut aliarum rerum, a qualibet expeditione, a labore pontium seu castrorum, a gravamine, quod dicitur vaccarum incisio aut porcorum, ab omni petitione & exactione, quocunque nomine censeantur aut contingat cuilibet nova adinventione de cœtero nominari. Etiam a communi terrae defensione, quæ Landwere dicitur, liberos esse volumus & exemtos. Nihil juris nobis reservando, quo jam dictam villam aut homines ipsius villæ, quocunque modo impetere valeamus: sed

sed totaliter sicut possedimus in his scriptis prædicto Monasterio resignamus; Ita videlicet ut Altare in dicto Monasterio constructum pro remedio animarum nostrorum progenitorum nostrarumque animarum & omnium hæredum nostrorum suo robore perpetuo perseveret. Ut autem hæc firma permaneant & inconvulsa, præsentem literam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Testes hujus rei sunt Otto Decanus Ecclesiae Sverinensis, Conradus Thesaurarius ibidem, Henricus Plebanus de nova civitate, Dominus Fredericus de Lobecke, Gherardus Raven, Olricus de Pinnowe, Bolcho de Driberghe, Conradus de Carowe advocatus noster, Gher. de Redexestor, Fridericus Siniker Milites, Harwicus Pape, Borchardus noster Clericus, & alii quam plures Clerici & Laici vocati ad hoc specialiter & rogati. Datum Bantewæ Anno Dni. Mill. trecentes. septimo in die Jacobi Apostoli.

## 142.

## Marckgrav Otto vergleicht das Dom-Capitul mit den Bürgern der alten Stadt zu Brandenburg wegen eines streitigen Weinberges, welchen Vergleich Marckgrav Woldemar genehmiget. 1307.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

Nos Otto D. G. Brandenburgensis Landesbergensis & de Lusacia Marchio recognoscimus & ad universorum Christi fidelium notitiam tenore præsentium publice volumus pervenire, quod dissensionis seu controversiæ materiam inter honorabiles viros scilicet Dominos, Johannem Præpositum, Priorem totumque Capitulum Brandenburgensis Ecclesiæ parte ex una, & Burgenses universos antiquæ civitatis Brandenborch, parte ex altera aliquamdiu habitam, sopire, & ad amicabilis compositionis unionem reducere toto mentis desiderio cupientes, Mericam infra eandem civitatem & Curiam Corne sitam, quae hujusmodi dissensionis extitit origo, de nostro, nostrorumque discretorum consilio maturo, duximus distinguendam, ad quod nostri fideles, scilicet Conradus de Redere, Otto Marscalcus & Broseko Magister Coquinæ, Milites, & Matthias de Bredow tunc temporis Advocatus, accedentes istam Mericam prout eisdem commisimus, æquanimiter ut magis videbatur competere, diviserunt partem ipsius Mericæ, magis vicinam curiæ Corne, prædictis Dominis, & magis propinquam antiquæ Civitati Brandenburg, Burgensibus inibi tribuendo, volentes etiam, ut tollatur inposterum super isto quaelibet materia quæstionis partem sic distinctam colliculis seu lapidibus, ut est consuetudinis, consignari. Et Nos Woldemarus eadem gratia prædictorum dominiorum Marchio & Dominus ordinationem hujusmodi gratam & ratam habentes una cum praedicto *charissimo patruo nostro,*

*stro*, *Marchione Ottone* praedictae Mericae distinctionem, per praedictos nobis fideles rationabiliter & rite factam, praecipimus tam a praedictis Dominis, quam Burgensibus, sub attentu nostrae gratiae inviolabiliter observari. In cujus facti evidentiam firmiorem praesentes literas super eo confectas tradidimus nostrorum sigillorum appensionibus roboratas, adhibitis testibus idoneis videlicet nostris fidelibus Ludolfo seniore de Wedele, & Henrico de Stegelitz nostrae Curiae Dapifero & supra scriptis e. a. q. p. f. d. Datum Rathenowe A. D. MCCCVII. in tertia feria ante festum Beati Urbani Episcopi & Martyris.

Hier nennet Waldemar den Otto seinen Vater Bruder

143.

## Urkunde Berchtolds Graven von Henneberg und Conrad von Riede als Gevollmächtigten der Marckgraven Ottens und Waldemars zu Boppart wegen der Kaiserwahl. 1308.

Aus der Gundlingschen Sammlung.

Nos *Berchtoldt Comes de Henneberg nec non Conradus de Riede miles, Procuratores* illustrium Principum *Ottonis* & *Waldemari Marchionum Brandenburgensium* super futuri Regis Romanorum electionis negotio constituti ad universorum notitiam volumus pervenire, quod potestate nobis & mandato ab iisdem Marchionibus nomine eorum, nec non illustris Principis Rudolphi Ducis Saxoniæ, qui suum votum, in electione Romanorum Regis sibi competens, in prædictum Ottonem Marchionem noscitur transtulisse, datis, traditis & concessis, amicitiæ unionis & concordiæ literis, fœdera cum illustribus Principibus Rudolpho & Ludovico Comitibus Palatinis Rheni, ut ipsi Regno Romano salubrius consulatur, sic duximus ineunda, videlicet quod ipsis promisimus & præsentibus promittimus, corporali super hoc & in animas prædictorum Dominorum nostrorum Marchionum præstito juramento, quod in electione futuri Regis Romanorum unum cum ipsis esse debeamus: Sic fidelicet, quod quemcunque ex Principibus *Ottone* & *Waldemaro Marchionibus Brandenburgensibus*, Nobili viro *Alberto Comiti* de *Anhalt*, nec non illustribus Principibus *Rudolpho* & *Ludovico Comitibus Palatinis Rheni & Friderico Duce Austriæ* plura vota de Principibus Ecclesiasticis Electoribus habere contigerit ille præferatur & votis nostris eidem debemus adhærere ipsum sine omni contradictione in Regem Romanorum eligendo. *Extra vero numerum prædictarum Personarum* non eligemus nisi concurrentibus votis Comitum Palatinorum atque nostris. Sane est adjectum & juramento firmatum, quod si aliquem nostrorum Marchionum prædictorum vel alium ad nostram promotionem in Regem Romano-

rum eligi contingat præfatis Comitibus Palatinis in suo jure assistet, & ipsi nobis vice versa, & ipsorum contra omnes homines erit in perpetuo coadiutor. Est etiam promissum & juramento firmatum, quod si aliquem ex Marchionibus prædictis vel alium ad eorum promotionem in Regem eligi contigerit, quod prædictis Palatinis conferet omnia bona sua & eos in iisdem manutenebit & defendet, & prædictos Comites Palatinos in possessione omnium bonorum, quæ genitor eorum possedit, & in ea possessione sicut tempore claræ memoriæ quondam Rudolphi Romanorum Regis possederunt, non molestabit, neque turbabit. De expensis vero, quæ contemplatione electionis factae fuerunt, ad arbitrium venerabilis Principis Domini Johannis Episcopi Argentinensis & nostri Berchtholdi Comitis de Henneberg satisfiet. Ad confinia vero imperii & prædictorum Comitum Officiales pacifici juxta arbitrium Argentinensis Episcopi & Berchtoldi Comitis de Henneberg locabuntur. Est etiam juratum, quod nec illustribus Principibus *Ottoni* & *Stephano Ducibus Bavariæ*, nec nobili viro *Eberhardo Comiti de Wirtemberg* praedicti Marchiones, si quem ex eis in Regem eligi continget, adhaerebunt, vel aliquo genere copulationis & unionis unientur. Promisimus porro & juramento firmavimus, quod illustribus Principibus *Frederico & fratribus suis Ducibus Austriæ* omnia eorum bona & dominia, sicut ea tempore clarae memoriae Illustris quondam Domini Alberti genitoris eorum possederunt, conferet & eos in iisdem manutenebit & defendet. Harum testimonio literarum nostrorum sigillorum robore munitarum. Datum in Popardia. A. D. MCCCVIII. Feria sexta ante Simonis & Judæ Apostolorum.

## 144.

## Bischof Friedrich von Brandenburg vermacht 40 Marck jährlicher Renten aus der Kirche zu Burch an das Prämonstratenser Kloster zu U. L. F. in Magdeburg. 1388.

J. N. S. E. J. T. *Fridericus* D. G. Brandenburgensis Ecclesiæ Episcopus, Johannes Præpositus, Waltherus Prior totumque Capitulum ejusdem Ecclesiæ, universis tam præsentibus quam futuris in vero salvatore salutem & sinceram in Domino charitatem. Sicut ingratitudinis vitium fluenta gratiæ & fontem liberalitatis exsiccat, sic utique gratitudinis virtus accendit animos devotorum in amplioris fidei & plenioris sinceritatis effectum. Ut ergo purum fiat, quicquid circa devotos agimus & internum statum ipsorum cupimus ampliari potius quam arctari. Postquam ergo ex quadam permutatione jus patronatus Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Mariæ in civitate

vitate Burch, & ipsius appendiciæ Ecclesiæ Sct. Nicolai diœc. Brandenburgensis ad honorabilem virum Dominum Præpositum & Ecclesiam seu Monasterium beatæ Mariæ Virginis in Magdeburg ordinis Præmonstratensis titulo permutationis fuisset translatum, considerantes qualiter præfata Ecclesia Sanctæ Mariæ tam jugiter quam præclare præ cæteris sit dotata *ac præfulgeat corpore reverendissimi patris Norberti qui ibidem memoriter tumba requiescit*, attendentesque quomodo nostra Ecclesia cum similibus salutiferis gaudet & fulcitur edictis Norbertinis, cupientes nunc opportuno tempore prædictam Ecclesiam beatæ Mariæ aliquo speciali salutare, ad Dei patris omnipotentis (gloriam) ac ad laudem almæ Virginis Mariæ, jam dictæ Ecclesiæ patronæ, nec non ad decorem serenissimi patris Norberti ex multa deliberatione dudum præhabita in capacitatis memoriam in futuro volumus & ordinamus infra scriptam nostram ordinationem ac incorporationem in perpetuum valituram: videlicet, quod Plebanus quicunque seu Rector Ecclesiæ præfatæ in Burch qui pro tempore fuerit XL Marcas argenti Stendaliensis, Magdeburgensis ponderis, supra dictis Præposito, qui pro tempore fuerit, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ singulis annis in perpetuum & cunctis temporibus seculorum de reditibus & proventibus ipsius Ecclesiæ Parochialis in Burch, in usus præfati Præpositi ac ipsius Ecclesiæ persolvet, præsentabit, donabit atque dabit ad diem beati Martini hyemalis, quas Marcas XL ad usus dictæ Ecclesiæ in Magdeburg Sanctæ Mariæ incorporamus. Ad quam etiam præstationem & persolutionem redituum XL Marcarum prædictarum sæpe dictis Præposito & Ecclesiæ permittetur ut libere sic pie faciendam, omnemque qui in dicta Ecclesia Parochiali, Plebanus, seu Rector Ecclesiæ Parochialis inventus fuerit aut se pro Plebano vel Rectore gesserit seu habuerit, cujuscunque status vel conditionis fuerit, singulis annis nunc & in perpetuum volumus obligari. Si vero quocunque modo talis Rector præfatæ Ecclesiæ Parochialis contra prædictam nostram ordinationem & incorporationem venerit aut in solutione prædictarum Marcarum negligens seu rebellis fuerit, aut quicquam fecerit per se vel per alium aliqua causa vel ingenio de jure vel de facto sub pœna dupli dictæ summæ pecuniæ & refectione damnorum & expensarum litis & extra ad prædicta sciat se teneri, & pœna soluta vel non prædicta omnia & singula rata & firma permaneant & perdurent. Ne igitur beneficium, sicut præmittitur, grataner factum fiat nobis & Ecclesiæ Brandenburgensi in posterum inutile & damnosum, in omnibus præmissis, prout narrata sunt & narrantur jura Episcopalia Ecclesiæ nostræ — — — — — — — Brandenburgensi ac Præpositi ejusdem Ecclesiæ & loci in universis & singulis, & in Cathedra-

 thedra-

thedratico synodatico & synodalibus suo tempore dandis & præstandis non obstantibus nec præjudicantibus præmissis; nobis retinemus semper salva. Ad hæc adjicimus quotiescunque, quandocunque & ubicunque ab Episcopo Brandenburgensi, qui pro tempore fuerit, seu ab ipsa Ecclesia Brandenburgensi contigit fieri in ipsa diœcesi Brandenburgensi in cleros seu clericos precariam exactionem seu subsidium quoad æstimationem C. frustorum redituum nobis & Ecclesiæ Brandenburgensi retinemus. Hoc est, prædicta Ecclesia Sanctæ Mariæ in Magdeburg, una cum præfata Parochiali Ecclesia & sua appendicia in Burch, seu Rector ejusdem Ecclesiæ in Burch, qui pro tempore fuerit, nomine ipsius Ecclesiæ Parochialis pro C. frustis in tali precaria exactione seu subsidio contribuere & solvere tenebuntur nobis & Ecclesiae Brandenburgensi, quae summa C. frustorum fuit est & erit vetus & antiqua aestimatione Ecclesiae in Burch praelibatae. Item eundem Plebanum seu Rectorem Ecclesiae & mandata nostra recipienda & illa exsequenda & ad omnia alia & singula facienda, quae subditi nostri & Ecclesiarum Rectores seu Plebani nostrae diœceseos nobis & Ecclesiae Brandenburgensi faciunt & obediunt, volumus esse adstrictum & obligatum. Testes praedictae ordinationis & incorporationis sunt honorabilis Vir Otto de Brena Canonicus & Cellarius Ecclesiae Brandenburgensis, Johannes de Mylaw Canonicus regularis ejusdem Ecclesiae, frater Henricus dictus de Appelt sanctorum fratrum minorum in Magdeburg, Albertus dictus Storm Notarius noster e. a. q. p. f. d. Praeterea protestamur, immo specialiter nobis reservamus & retinemus, quod propter dictam ordinationem, incorporationem & gratiae factionem nostram nullum praejudicium & incommodum de jure & de facto, quod nunc & quocunque tempore in posterum poterit suscitari nobis & Ecclesiae Brandenburgensi, volumus gravari, sed secundum nostrum arbitrium & placitum in dicta Ecclesia Parochiali in Burch plene nobis retinemus potestatem & voluntatem ponendi & instituendi capitula nostra, & cuncta & singula facere, quae in Parochiis & Ecclesiis Parochialibus nostrae diœceseos facimus aut in futurum faciemus. Nec non Plebanum seu Rectorem dictae Parochialis Ecclesiae, qui pro tempore fuerit in his, quae in similibus & aliis Ecclesiis Parochialibus nostrae Diœc. requiruntur & exiguntur, per praesentes nostras literas & praesentem nostram ordinationem volumus obligari. Ut autem praedicta nostra ordinatio & incorporatio, & omnia praedicta, sicut a bona voluntate & liberalitate nostra procedunt perpetua stabilitate ac solicitudine ac futuro tempore firma & inconvulsa a cunctis fidelibus habeantur & observentur praesens inde privilegium conscribi praecepimus nostrarum imaginum impressionibus ac sigillorum

gillorum nostrorum munimine roboratum. Actum & Datum Brandenburg. A. D. MCCCVIII. duodecimo Cal. Martii. Pontificatus nostri Friderici ante dicti Episcopi anno quinto.

## 145.

## Marckgrav Heinrich überläßt dem Teutschen Orden 40. Morgen Landes. 1308.

Henricus nos Dei Gratia Marchio Brandenb. & de Landesberg universis praesentia audientibus vel visuris recognoscimus & publice protestamur, quod cum consensu haeredum nostrorum, quorum consensus merito fuerat requirendus, dedimus proprietatem in XL jugera, sylvestrisque, quod in vulgo dicitur Hemelo, fratribus religiosis de Theutonica domo apud sanctam Conegundim prope Hallis, per resignationem nostrorum Vasallorum Hinrici & Lippoldi, fratribus de Almenhusen, perpetuo possidendam. Ut haec praemissa rata permaneant & inconvulsa, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Hujus rei testes sunt Plebanus dominus Nicolaus in Friborch Henricus de Sratzingen e. a. q. p. f. d. Datum in Sangershausen Anno Domini MCCCVIII. III. Kal. Septembr.

Aus der Gundlingischen Sammlung.

## 146.

## Die Marckgraven Otto und Waldemar überlassen der Stadt Wusterhausen für 80. Marck das Dorf Klempkau und andere Einkünfte. 1308.

J. N. S. E. J. T. A. Humanae actiones a memoria hominum laberentur, si non fideli testimonio scripturarum firmarentur, hinc est, quod *Nos Otto & Woldemarus D. G. Brandenburgenses & Lusatiae Marchiones*, tam praesentibus quam futuris cupimus esse notum, quod honestis civibus & dilectis in Wosterhusen in restaurationem ipsorum debitorum, videlicet pro octoginta marcis argenti villam Klempkau cum stagno ibidem & stagnum nempe Buckewitz nec non duos denarios in censu nostro, quod Worting dicitur, in civitate Wosterhusen praedicta, ipsis singulis annis in festo Beati Martini persolvendos cum omni jure, quod nos possedimus, dedimus & donavimus proprietatem libere & licite, proprietatis titulo & articulo universa bona superius scripta tranquille perpetuis temporibus possidenda, abrenunciantes omni juri, quod nobis vel nostris haeredibus futuris temporibus cedere potest bonis ab iisdem. Ne alicui dubium in posterum possit suboriri

Aus der Gundlingischen Sammlung.

In dieser Urkunde kommt Marckgr. Otto zum letzten Mahle vor.

praesentem dedimus paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam. Testes hujus facti sunt nostri milites Nicolaus de Buck, Conradus de Rederen & alii quam plures fide digni. Datum Werbellin A. D. MCCCVIII. in crastino beati Michaëlis.

## 147.

## Marckgrav Waldemar bestätigt als Vormund M. Johanns die Privilegien der Städte Berlin und Cölln. 1309.

Universis praesens scriptum visuris Nos Waldemarus D. G. Brandenburgensis Lusatiae & de Landesberg Marchio volumus fieri notum, quod fideles cives nostros ex civitate Berlin & Colonia in omnibus eorum juribus ac libertatibus, quibus hactenus usi sunt; neque publicis literarum instrumentis eis super hoc traditis demonstrari poterant ex nunc etiam ei — — — — — — — — — — — — Johannem nostrum sororium, cujus tutelam gerimus, quod absit, absque haeredibus mori contingeret, (confirmare) volumus & favorabiliter conservare grate & rate habentes universa Privilegia ipsis super hujusmodi juribus ac libertatibus a nostris — — — — — — — — ratificamus & praesentis scripti patrocinio confirmamus, cui nostrum sigillum ad majorem cautelam & firmiorem evidentiam praemissorum omnium est appensum. Id ipsum etiam dictus *Marchio Johannes noster sororius* suis literis facere tenebitur, cum ad annos pervenerit aetati legitime deputatos, ad quod opem & operam praestabimus efficacem, ut nostra praesentia scripta testificantur. Actum & Datum in Sandowe. A. D. MCCCIX. Feria quarta ante festum Pentecostes.

## 148.

## Marckgrav Waldemar befiehlt seinen Voigten (advocatis) in Städten und Dörfern, die verbanneten und Uebelthäter aus dem Lande seines Vater-Bruders M. Johanns, die in seinem Lande sich betreten ließen, auszuliefern. 1309.

Aus der Gundlingischen und Süßmilchischen Sammlung.

Nos *Waldemarus D. G. Marchio Brandenb & Dominus de Landesberg & Lusatiae, Tutorque Marchionis Johannis de Brandenburg* recognoscimus omnibus advocatis & proadvocatis, civitatibus & villis in nostro dominio constitutis, quod nos attendentes utilitatem civitatum *dilecti patrui nostri Marchionis Johannis*, talem ipsis dedimus gratiam & solamen, quod ubicunque locorum pro-

scripti

ſcripti ipſorum aut Malefici in noſtra terra detenti fuerint cum novo jure ipſos, absque impedimento, & dilatione qualibet ſemota, benevole præſentetis, quia ex neceſſitate juſtitiæ tenemur, quod malitioſos a bonis ſegregemus. Quicunque vero contra iſta rebellis fuerit, ſciat ſe noſtram indignationem incurſurum. Talis, inquam, donatio & gratia ſpecialis tam diu durabit, quam diu noſtræ voluntati acceptum videbitur & conſultum. Datum Franckenforde. A. D. MCCCIX. ſequenti die poſt Johannis Baptiſtæ.

## 149.

## Marckgrav Johann befreyet die Kalands Brüder in Brandenburg wegen gewiſſer Einkünfte aus dem Dorfe Etzin. 1310.

Nos *Johannes* D. G. Brandenburgenſis & Luſatiæ Marchio præſentibus publice profitemur, quod ad laudem Dei omnipotentis ejusque ſanctæ genitricis virginis Mariæ & omnium ſanctorum, ad ſalutem quoque animarum, noſtræ videlicet & dilectæ matris noſtræ ac patris noſtri piæ recordationis Domini Hermanni Brandenburgenſis quondam Marchionis & aliorum prædeceſſorum ac ſucceſſorum noſtrorum & omnium fidelium defunctorum, fidelibus noſtris Burgenſibus in civitate noſtra Brandenburg, qui dicuntur & ſunt fratres calendarum exilii, proprietatem dedimus & damus præſentibus trium chororum ſiliginis, quos habent in reditibus in villa Etzin minus quatuor modiis. Cum quibus reditibus & aliis Eleemoſynis peregrinos fovent & ipſis mortuis corpora tumulant pia charitate opera exercente. Mandamus igitur & volumus, ut nullus advocatorum noſtrorum vel officiatorum de dictis tribus choris minus quatuor modiis aliquam precariam exigat aut ſervitium privatum vel commune. Sed volumus eosdem fratres calendarum exilii in eisdem bonis gaudere perpetua libertate. Hujus rei teſtes ſunt Chriſtianus de Gerhardesdorff, Henzko de Grœben, Buſſo de Mylaw, Henningus de Vorland & Locſtede milites & Echardus de Bardeleve Marſchalcus noſter. e. p. a. f. d. Actum & datum ibidem Brandenburg A. D. 1310. die 15. Martii.

Aus der Süßmilchiſchen Sammlung.

In der Gundlingiſchen Sammlung findet ſich eben dieſe Urkunde unter dem Rubro D. A. 1315. mit der Anmerckung. Datum eſt anno 1310. ſed male forte, nulla enim hic tutelæ mentio.

## 150.

## Die Marckgraven Woldemar und Johann verleihen dem Flecken Stolpe Stadtgerechtigkeit und beſchencken ihn mit 200. Hufen Landes. 1310.

Noverint univerſi, quorum audientiæ præſentis ſcripti ſeries defertur, quod *Nos Waldemarus & Johannes D. G. Brandenburg Luſatiæ & de Landesberg Mar-*

*Marchiones*, emendationi oppidi *Stolp*, ut incrementum recipiat & civitas fiat sollicite intendere cupientes, eidem oppido ducentos Mansos hoc modo duximus apponendos videlicet centum pro agris, & quinquaginta pro arearum agris, quod Wördeland dicitur, nec non quinquaginta Mansos pro pascuis, graminibus atque lignis perpetuo pertinebunt. Insuper profitemur, quod quam primum dictum oppidum plancis munitum extiterit, ex tunc incolæ universi ejusdem ad decem annos immediate continuos libertate plenaria perfruantur, ita quod medio tempore ab omni contributione danda liberi esse debent penitus & exemti. Evolutis autem dictis annis dicti cives nobis facient & exhibebunt, quod initio facere tenebuntur, ipsi quoque cives de nostra indultione jure Lubecensi & modio etiam, quo mensuratur, perfrui debebunt jugiter & gaudere. Cœterum protestamur, quod honestis viris *Deshberno* & Johanni ejus filio de *Surchow* dictis, nec non Johanni de Darsowe contulimus & conferimus per præsentes præfecturam sive judicium ejusdem oppidi, quocunque nomine censetur, ac eorum hæredibus, perpetuis temporibus possidendum, hoc modo, quod proventus inde cedentes dividi debeant in tres partes, quarum una pars nobis, residua judicibus cedet, & tertia civitati. Damus etiam prædictis viris de Sureckow & Darsow dictis, liberæ facultatis copiam struendi molendina in oppido dicto, quibus complete constructis de qualibet rota horum unum Last Siliginis & brasei æquanimiter prout acquiritur ab hujusmodi rotis nomine Pacht dabunt annis singulis plenius & persolvant. Dictae civitatis quoque cives universi & singuli ex tunc & in aevum navigare debent & poterunt a civitate Stolp aquam descendendo usque ad salsum mare absque thelonii datione penitus & praecise eadem libertate ad propria redeundo & ipsi nihilo minus sex metretas allecis, quod Bordinge dicitur, super captura Allec sine censu perpetuo pro suis usibus reservabunt. Nulla etiam obstagia, quae Wehren vulgariter dicuntur, in dicta aqua Stolp, usque ad dictum salsum Haff debent aliqualiter aedificari, ne ex hoc aliquod impedimentum jam dictis civibus generetur. Ut autem haec omnia per nos rite facta inviolabiliter perpetuo perseverent, praesentes literas super eo editas saepe dictis civibus in testimonium horum omnium evidens tradidimus nostrorum sigillorum munimine roboratas. Testes hujus sunt nostri fideles Borchardus Comes de Lindow, Ludolphus & Hasse Seniores de Wedell, Petrus de Riegenbrock, Henricus & Henningus de Stegelitz, Nicolaus de Buck, & Eubertus Ramele & Hoteco noster capellanus & Protonotarius cum a. q. p. f. d. Actum & datum in *Krempzow* A. D. MCCCX. in crastino Nativitatis beatae Mariae Virginis

In der Bestätigung dieser Urkunde heißen diese beyde Namen Detbernus und der andere Surckow.

Bayerische Staatsbibliothek München

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Buchholtz, Samuel, 1717-1774 / Süssmilch, Johann Peter, 1707-1767 / Heynatz, Johann Friedrich, 1744-1809

Versuch einer Geschichte der Churmarck Brandenburg von der ersten Erscheinung der deutschen Sennonen an bis auf jezige Zeiten

Bd.: 2

Berlin 1765

Bibl.Mont. 3317-3/4#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10946022-3
VD18 9003418